









DE  
**AVOCATIONE**  
CAUSSARUM.

PRÆSIDE

**GOTTFRIDO SUEVO, J. U. D.**

& P. P. Curia Electoralis, Facultatis Juridicæ  
& Scabinatus Assessoris amplis-  
simo, Patrono.

PRO LICENTIA U. J.

D. D.

**CASPAR ALEXANDRI,**

Illustr. Duc. Brunsv. ac Luneb. Gvelf. Conf.

ad d. 8. Junii.

---

WITTEBERGÆ

Literis Röhnerianis, cis. 13c. LIV.

417  
26

1654

22



414

1251

GOTTFRIDUS DAVO H. D.

PRO REBIBLIA H. J.

CASPAR ALEXANDER

...





172 465  
ILLVSTRISSIMO ATQVE CELSISSIMO  
DOMINO, DOMINO

AUGUSTO,  
DVCI BRUNOVICENSIVM  
AC LUNEBURGENSIVM.

PRINCIPI PIO FELICI SAPIENTI.

PATRI PATRIÆ

QUEM CUM SUA EXPERITUR GERMA-  
NIA, NON CAPIT SOLA; ET QUA PATET  
ERUDITUS ORBIS, PRONUS VENERA-  
TUR MIRACULUM SAPIENTIÆ; DUM  
VIRTUS ET GLORIA DE IMMORTALI-  
TATE CUM POSTERIS TRANSIGUNT.

DOMINO SVO  
CLEMENTISSIMO.



416

172

TUM  
ILLVSTRISSIMO ATQVE CELSISSIMO  
DOMINO DOMINO

RUDOLPHO

AUGUSTO,

DUCI BRUNOVICENSIVM AC LU-  
NEBURGENSIVM.

*PINCIPI FLORENTI AC FORTI.*

PRINCIPI

PATERNÆ GLORIÆ PATERNÆQUE  
VIRTUTIS HÆREDI.

QUEM ET INCREDIBILIS ANIMI VIS, ET  
VIGOR IMMENSUS, ET MENTIS ÆTERNÆ  
SUBLIMITAS MAJORI RERUM DESTINANT  
IMPERIO.

DOMINO SVO

CLEMENTISSIMO

DEDICAT DICAT CONSECRAT  
CASPAR ALEXANDRI.



12 407

CASPARIS ALEXANDRI  
DE  
AVOCATIONE CAUSARUM.

CAPUT I.

Quid Avocatio, & quibus jure Gentium &  
civilis Romano competat.

- |                         |                          |
|-------------------------|--------------------------|
| I. Ordo Scripturae.     | V. Potestas avocandi du- |
| II. Definitio Avocatio- | plex                     |
| nis.                    | VI. Qui avocent jure     |
| III. Divisio Ejusdem.   | majestatis.              |
| IV. Differentia Evoca-  | VII. Qui item jure ma-   |
| tionis.                 | gistratus.               |



Uæ causas ac lites, restinctis civium odi-  
is, abrumpunt jura omnia, vel ad judi-  
cis vel ad disceptantium officia perti-  
nent. Utraq; complectitur avocandi  
licentia. Sed quia omnis illa judicii vis,  
ex amplitudine judicantis trahit origi-  
nem; nec ulla nascitur controversia, quæ non inde-  
pendeat; rectè de eâ explicabitur principio. Ipsa au-  
tem Avocatio nos ad virtutes suas, & disceptantium  
commoda, tanquam finem deducet.

II. Igitur de causarum avocatione acturi, expo-  
nemus quid sit avocatio, de qua quærimus; & quibus  
sit avocandi potestas, quam quærimus. Covarruvias\* *Pract. qu.*  
definit avocationem, litis coram inferiore pendentis, *tom. II.*  
ad judicem superiorem absque appellatione factam *q. IX.*  
translationem. Sed usu Linguae & autoritate Ponti-  
ficis

A

ficis



c. *LVI. X. de Appel.* ficis obtinet, \* ut revocatio eâ voce significetur. Itaque nobis avocatio causarum, est litis pendente apud judicem inferiorem, ad superiorem \* revocatio. Hæc brevis ipsam avocationis formam atque imaginem exprimit: Et judicis inferioris solvit judicium, & superioris confirmat. Quæ ipsa mens Pauli est ad Sabinum, ubi de Avocatione consultus respondet. \* Nam qui revocat, duplici fungitur munere; alteri quidem adimit partes, alteri ademptas tribuit. Eoque uno avocatio causarum propriè censetur; quæ sic detrahit inferiori, ut idem superiori judici asserat judicium. Idem suadet origo nominis, quasi *hinc alio vocatio dicta*; \* Græcis *ἠδδοσις*. Nec pugnant, qui avocationem aut Evocationem insigniunt, sed totum vocabulis partium involvunt; eandem nobiscum dicturi avocationis indolem. TRANSLATIO Covarruvia, quæ & Rebuffi interpretatio est, non placet: quia implicat negotium, non expedit; nec decet effectum, causæ genus imponere. ABSQUE APPELLATIONE non addimus; ne misceamus, quæ nihil commune habet cum avocatione, & tantum non genere distat; in provocando, non in avocando posita.

III. Avocatio illa duplex est, expressa & tacita. Expressa est, cum superior judex verbo AVOCAMUS, aut simili, ab inferiori pendente causam ad se retrahit, ac sibi vindicat \*. Tacita est, cum vel superior ipse, rei tantæ arbiter cœpit cognoscere, vel litem alibi hærentem, vel spectantem ad alterum, alteri delegat; \* ea enim delegatione princeps, privasse judicem jurisdictione sua ordinariam, non obscure videtur. Quantum

*Rebuf. ad  
LL. Reg.  
de Evoc.  
Bald. c. III  
X. de Ref.*



12  
419  
quam postremum hoc avocationis genus, magis est im-  
proprium; lite nondum pendente exercitum.

IV. Aliena tamen ab hoc loco Evocatio altera,  
\* qua par à pari, aut inferior à superiori litem avocatur.  
De qua Symmachus Lib. X. Ep. LI. *Dehinc proconsularibus  
evocatus edictis, leges pari arte frustratus est.* Talis illa est, quâ  
& Romani Imperii Principes aliqui subditos exemptos;  
& alibi Rectores Academiarum cives suos à peregrino  
foro revocant. Quomodo Bocerus Würtembergiæ  
ducem ab Rottviliensi judicio, & Besoldus Lipsiensem  
Academiam suos, etiam quinquenniò propemodum  
ante digressos, \* non solum in Urbe, sed foris quoq; in-

*arg. L. IX.  
S. II. D. de  
divis. Rev.*

V. Potestas avocandi vel jure majestatis compe-  
tit, vel magistratus. Illa quacunque imperii parte libe-  
rè ac soluta legibus; \* hæc non nisi intra orbem jurisdic-  
tionis suæ, & accepta aliunde aut communicata verti-  
tur. Nam ut quisq; judicia, ita & avocandi jura exer-  
cet. Solenne discrimen, aptumq; præsentis negotio, &  
veteribus Platoni \* atque Aristoteli \* usurpatum. Nec  
ideò eripiendum nobis; quod præclaro inde Albertus  
Brunus consilio locum fecit: \* *Dominus Imperator inquit,  
non possit dici judex ordinarius vel delegatus, cum ipse sit ille, qui  
faciat judices ordinarios, & à quo jurisdictiones ordinariæ imme-  
diatè vel mediatè emanant.*

*arg. L. II.  
C. de Pri-  
micer.*

*L. XXXI.  
D. & XII.  
C. de LL.*

*Lib. V. &  
Libr. IV.  
Pol. c. XIV  
Consil.  
XLVII.  
n. IX.*

VI. Jure majestatis causas avocant Reges; & pe-  
nes quos idem imperium, optimates, & liber populus.  
Hi cum certamina omnium exaudire coram nequeant,  
judicia constituunt magistratibus, supremam tamen  
arbitrandi libertatem sibi retinent; ut quoties paulo  
major incumbat quæstio, legitimo tramite devoluta ad



se redeat: tantum juris sibi servantēs, quantum magi-  
 stratibus suis tribuerant. Itaque hac consuetudo mo-  
 ribus gentium peræque custoditur. De se ipse Moyses  
 Deut. c. l. commat. XIV. XV. XVI. XVII. Tuliq; de tri-  
 bubus vestris viros sapientes & nobiles, & constitui eos principes  
 tribunos & centuriones & quinquagenarios & decanos; præce-  
 pig; eis dicens: Audite illos, & quod justum est judicate. Quod  
 si difficile vobis aliquid visum fuerit, referte ad me, & ego audiam.  
 Quæ si quis de provocatione capiat, multum erraverit,  
 Neque enim Disceptantes hic, de iniquitate aut impe-  
 ritia judicantium sententiã latã, quam appellatio re  
 corrigit; \* sed ipsi iudices de difficultate negotii dijudi-  
 candi, interpellare Moysen jubentur. Verba ejus sunt:  
 וְהִדְבַּר אֲשֶׁר יִקְשֶׁה מִכֶּם תִּקְרְבוּן אֵלַי & causam qua  
 difficultis erit, à vobis appropinquare facite ad me. Sonantius  
 & emphaticè magis Targum וְהִדְבַּר אֲשֶׁר יִקְשֶׁה מִכֶּם תִּקְרְבוּן אֵלַי  
 Et negocium sententiæ, quod difficile erit, à vobis  
 appropinquare facite ad me. Septuaginta: καὶ τὸ ῥῆμα ὅ ἐάν  
 σκληρὸν ἦ, ἀφ' ὑμῶν ἀποστείτε αὐτὸ ἐπ' ἐμέ. Et verbum si quod  
 durum erit, à vobis transferte illud super me. Quo quid cla-  
 rius ad translationem Rebuffianam dici poterat? qua  
 plurimi avocationem caussarum concludunt. At nec  
 referenda hæc temere ad Relationes existimaverim;  
 quandoquidem ipse Moyses partibus se jura dicturum  
 pollicetur וְשָׁמַעְתִּיו Et ego audiam illud. Scilicet quem-  
 admodum initio hujus commatis XVII præceperat:  
 כִּקְטַן כְּגֵדֵל תִּשְׁמַעוּן ita parvum audietis ut magnum, vocatis in  
 judicium litigantibus; eodem nunc pacto se quoq; au-  
 diturum esse difficilem illam causam testatur. Rela-  
 tionum autem momenta, non principes ipsi, apud quos  
 fiunt; sed iudices illi qui retulerunt, suo iudicio expli-  
 cant.

L. I. D. de  
 Appel. &  
 Relat.





312 451  
cant. Unde Symmachus Lib. X. Ep. LXV. DN. THEO-  
DOSIO. *Ut aternitati vestrae & Relationem V. C. praedecessoris  
mei, & nunc acta suggererem, depoposcit. Cui audientiam nega-  
re non potui; eadem via, precepto Numinis vestri cupiens edoceri,  
quid facto usus sit de aestimatione sumtuum, quos utriusq; insumsit  
expensio: siquidem meum spectat officium, jacturam pecuniae pu-  
blicae non tacere, Fidem litteris sociata gesta praestabunt. Quae ubi  
adsacras aures perennitatis vestrae recitata pervenerint; oro atq;  
obsecro, ut incertum animi mei responsionibus imperialibus in-  
struatur. De Persarum avocatione R. Jachides ad Danie-  
lisc. VI. comm. II. haec habet:*

וְהַמֶּלֶךְ לֹא יִהְיֶה נֹזֵק בְּטוֹרַח יְדִיעָתָהּ הַפְּרִטִים  
וְהַדְּבָרִים הַכּוֹלְלִים יִדַע עַל פִּי אֱלֹהֵי הַשְּׁלֵשָׁה  
וְהָרַר דְּקִשָּׁה בָּם יִשְׁפּוֹט הוּא וְיִצִיחַ בּוֹ רִצּוֹנוֹ  
*Ne rex molestia singula quaeq; cognoscendi damnum pateretur, sic causas  
generales cognoscebat ex ore trium istorum; & rem in illis diffi-  
cilem dijudicabat ipse, quidq; hic fieri vellet praecipiebat. Apud  
Aethiopes, cum jam praere coepisset sententiae verba  
Rex filiae, teste Heliodoro Lib. X. Aethiop. major rege po-  
pulus sic avocat: ἔχομεν τὴν χάριν, πεπλήρωται ἡμῖν τὸ νό-  
μιμον, ἐγνωρίσαμεν σὲ ὡς βασιλέα, γνώριζε καὶ σὺ σαυτὸν ὡς  
πατέρα. Habemus gratiam; impletum est nobis id quod legibus  
debetur. Agnovimus Te ut Regem: Agnosce te tu quoq; ut pa-  
trem. Ita enim ipse Hydaspes paulo post subjicit:  
καὶ ἄμα εἰδὲν ὅ δ' ἡμῶν ἀνίστατο, μόλις καὶ πρὸς τὴν ἑπὶ σοι  
συγχώρησιν θεῶν εὐμερείᾳ κινήσεις. Deinde nec populus ferret,  
qui vix, ut tibi veniam daret, Deorum clementia permotus est.*

De Ruthenis Coccius Sabellicus Ennead. X. Libr. IV.  
Tom. II. *Judicia exercent duodecim numero viri; unus aliquis  
è collegio cognoscit causam crimenve; id cognitum ad Collegas de-  
fert; interdum & ad regem, si res majoris est ponderis, quam ut  
pro collegio vindicari possit. De Atheniensibus Demosthe-  
nes in Oratione adversus Timotheum: ἐπεὶ δὲ δ' ἀπεχθ-*



12  
 ἐξήνηθη μὲν ὑφ' ὑμῶν στρατηγός, ἀλλὰ τὸ μὴ ὑπερλεῦσαι πελο-  
 πόννησον, ἵπτι κρείσσει δὲ παρεδέδοται εἰς τὸν δῆμον, αἰτίας τῆς με-  
 γίστης τυχῶν. *Cum vero vestro (judices, apud quos hæc ha-  
 bebatur oratio) improbarctur suffragio, quod Peloponesum  
 classe non obiisset, & ad causam dicendam apud populum vocare-  
 tur, maximo crimine reus.* Similia de iisdem observat Ul-  
 pianus Rhetor ad Demosthenis orationem contra Ti-  
 mocratem. De Romanis, Republicâ liberâ Livius Lib.  
 XL. c. XVII. *Eodem anno inter populum Carthaginensem, &  
 Regem Masanissam, in re presenti disceptatores Romani de agro  
 fuerunt. Ceperat eum à Carthaginensibus pater Masanisse Gala;  
 Galam Syphax inde expulerat. Legati Possessionis jus non muta-  
 runt; causam integram Romam ad Senatum rejecerunt. Hic  
 c. XXXIV. ab Rege Masanissa Carthaginensibus pacem præstitit;  
 qui tum presidio armato agrum, qui in controversia erat, obtine-  
 bat. Atq; hos tandem cæteræ gentes, aut victæ bello, aut  
 sua modestia, ac sponte secutæ sunt pleræque omnes,  
 ad quascunque saltem aliquod exemplum scientiæ Ro-  
 mani juris pervenit.*

L. LVIII.  
 D. de Jud.

V II. Jure Magistratus avocant, qui tantam à  
 Majestate jurisdictionem nacti, & jubent & vetant judi-  
 care; seu majus imperium in eadem jurisdictione ha-  
 beant; seu ad superius illud jam ipsi adscenderint fasti-  
 gium, à quo ante jussi judicium inferius administra-  
 bant. \* Ita Consules Romanos avocasse sub Trajano  
 Principe, significat Plinius Lib. II. Ep. XI. cum, interim  
 Consulem, ait, dedisse judices accusato MARIO, & in Se-  
 natu tamen postea tractasse causam; quod è C. Tacito  
 & Plinio cognovissent: *excessisse Priscum immanitate & se-  
 vitia crimina, quibus dari judices possent.* Idem & Procon-  
 suli licuisse, ex Salviano de Gubernatione Dei Lib. VII.  
 colligimus; quia par utriusque Imperium. *Illic honor,  
 inquit,*



429

12

inquit, Proconsularis, illic quotidianus Judex & Rector, quantum ad nomen quidem Proconsul, sed quantum ad potentiam Consul. De Praefectis Praetorio, argumentum Zosimus Lib. II. suppeditat; quia secundi aliquando ab Imperatore erant. Η τῶν ἐπαρχῶν δεχθῆναι, δότι ἐστὶν, μὲν τῶν σὺν π[ρ]ο[ε]σβ[υ]τε[ρ]οῖς νομισσομένην Praefectorum magistratus, secundus ab Imperatore existimatus. Dicti patres imperii & provinciarum Casiodoro Lib. VI. VIII. XI. Qui omnem judiciorum potestatem, teste Ammiano Marcellino Lib. XXI. etiam in ipsos Senatores habebant: ipsi non Senatores, sed Equites saltem Romani ante Alexandrum. De quo Aelius Lampridius in Alexandro Severo & Commodo, scriptum reliquit. Praefecto Urbis, testimonium perhibet Vopiscus in Floriano: *Omnis provocatio Praefecti Urbis erit.* Quae, quia jam ante caeteras potestates complectebatur, utiq; & avocationis jura continet. De Praetore ex Gellio constare potest: Lib. XIV. c. II. Hic etiam ipse lectus aliquando judex, cum jurasset, sibi non liquere, apud praetorem se solum memorat; itaque avocata causa alteri tradita est. Et generaliter omnes omnino Romae magistratus autoritate pollentes avocasse arbitramur, qui & judicium dare potuerint.\*

L. XII. D.  
de Judic.

## CAPUT II.

### Utrum deceat majestatem avocatio.

- |  |  |
|--|--|
| I. <i>Judicia ad majestatem spectant naturali ratione.</i> | III. <i>Propter summam quae in ea est sapientiam.</i>      |
| II. <i>Officii ratione quod inculant sapientes.</i>        | IV. <i>Judicia magna tantum à majestate administranda.</i> |

V. Re-



424  
V. Refutatio objectionis de  
affectibus principum.

VI. Refutatio objectionis  
Ebraeorum.

VII. Refutatio objectionis de

12  
veneratione regum è  
longinquo petenda.

IIX. Refutatio objectionis  
quod avocatio tur-  
bet iudicia.

**E**st quidem ætati nostræ propria ferme argutia,  
& in apertis quoque intricatior dubitandi ratio ac  
iners; non putamus tamen futurum quenquam, qui  
neget, licere majestati jus dicere, si lubeat: dum memi-  
nerit elogii illius, quo Regem suum Argivi ornant a-  
pud Æschylum in Supplicibus;

Σύ τῃ πόλις, αὐτὸ δὲ τὸ δῆμιον  
πρῶτανις ἀκραιτῶν ἔνν,  
κραιτῶνδ᾽ ἑωμὸν ἐστὶν χθονός,  
Μονοψήφοισι νόμοισι σέθεν.  
Tu Res populi Tuq; Urbs tota es,  
Non iudiciis subditus ullis,  
Regni solio fultus ut ara,  
Unoq; regens cuncta arbitrio.

L VIII. D.  
L. Rhod.  
de iact.  
Nov. LIX.  
c. I. pr.

Seu mundi sui Dominum Imperatorem cogitet.\* Sed  
utrum conveniat majestati, atque adeo ex dignitate im-  
perantis sit, quæ possit, peragere iudicia; id verò con-  
trovertitur, & pernegant non pauci. Nos tamen utiq;  
decere, conabimur his argumentis. Natura rerum prin-  
cipio, cum conderet civitates, iusti amorem inter se san-  
xit cœuntibus; ne læderent invicem, aut si qui læse-  
rint, ne esset impune. Hoc illi ardore conciti, vel com-  
muni suffragio dicebant jus, aut unum aliquem circū-  
spiciebant iniuriarum vindicem, simul, quod ait Cicero  
Lib. II. Offic. Justitiæ laude & opibus præstantem; ut su-  
um cuiq; & voce & ferro tribueret; eumque caput si-  
bi & iudicem sumebant. Quod cum prolixè ostendis-  
set



12 425  
set Polybius Lib. VI. Hist. Roman, postremo tandem ad-  
dit: ὅταν ἐν οἷς πλεονεξίᾳ καὶ τὴν μεγίστην δυνάμειν ἔχων, αἰσιν  
ἐπιχώρησι τοῖς πλεονεξιαῖοις καὶ ταῖς πολλῶν ἀδικήσεσιν, καὶ δόξῃ  
τοῖς ὑποτακτικοῖς ἀνεπισημῶς εἶναι τὰ κατ' ἀξίαν ἐκείνοις,  
ὅσα ἐπὶ τῷ βίᾳ δεδιότες, τῇ δὲ γνώμῃ τὸ πλεῖον ὀδοκῶντες  
ὑποτάσσονται; καὶ δὴ τῷ τοιαύτῳ τρόπῳ βασιλεὺς ἐκ μονάρχου  
λαθάνει γρόμῳ. Igitur is, qui ceteris praeest, & viribus pluri-  
mum valet, illis quos diximus ex voto plurimorum semper favet,  
protegitq; eos sua potentia in colloquiis; jamq; ipse à subditis esti-  
mari cepit, facultate praeditus tribuendi unicuiq;, quod suis meri-  
tis conveniat; non amplius vim veriti, sed animis potius consenti-  
entes, ejus se potestati subjiciunt; & ita ex monarcha sensim rex  
evadit. Hinc Hesiodus in Theogonia:

Τῆνεκα γὰρ βασιλῆες ἐχέφρονες, ἔνεκεν ἄλλοις  
βλαπτέμοις ἀγορήφι μετ' ἄτροπα ἔργα τελεῦσι  
Hoc uno Reges olim sunt sine creati,  
Dicere jus laesis injustaq; tollere facta.

Athenæus Lib. XII. Deipnosophist. πολεμῶντων ἔν τῶν νο-  
μοθετῶν, τῷ τῆς πλεονεξίας γένει, πρῶτον μὲν ὁ πρὸ τῆς δι-  
καιοσύνης ἔπαινον ἠυξήθη, καὶ πάλιν καὶ ποιητῆς ἐφθέγγετο,  
δικαιοσύνας τὸ χρύσειον πρόσωπον καὶ πάλιν τὸ χρύσειον ὄμμα  
τὸ τῆς δίκης ἀπέθεσθαι δὲ καὶ αὐτὸ τὸ τῆς Δίκης ὄνομα. Cum igitur  
adversus impotentiam hominum, qui per vim & fraudem plu-  
ra quam alii prater jus possidere nituntur, legislatores bellum ge-  
rerent, primum quidem justitiae laus est amplificata; & scripsit  
Poeta quispiam, auream esse justitiae faciem: ac rursus; aureos  
justitiae oculos esse: Deorumq; numero adscriptum est justitiae no-  
men. Hac arte primus sibi Regnum Medorum Dejo-  
ces peperit. De quo Herodotus in Clio: Nam cum  
Medi, qui eundem habitabant vicum, intuerentur ho-  
minis mores, judicem ipsum controversiarum consti-  
tuebant. Hic autem, ut qui principatum ambiret, re-  
ctum se æquumq; præbuit. Quum igitur rapinae scele-  
raq; passim per vicos, multo etiam magis quam prius

B

patra-



patrarentur, Medi concilio habito consultabant, quem-  
nam regem crearent: Deioces adeo ab omnibus com-  
mendatus, productusque in medium est, ut omnium  
suffragio rex crearetur; ita enim agebant. Φέρε, σίσωμεν  
ἡμέων αὐτῶν βασιλέα, καὶ ἔτω ἢ τε χάρις εὐνομήσεται, καὶ αὐτῷ  
πρὸς ἔργα τρεψόμεθα, ἔδ' ἴσ' ἀνομίας ἀνάστασις ἐσόμεθα. *Agi-  
te igitur, constituamus nobis ipsis regem, ut videlicet ditio nostra  
bonis legibus administretur, & nos ad sua quisq; opera divertentes,  
nusquam impunitate scelerum violemur.*

II. Itaque, qui præceptis institutisque sapientiæ  
devincire fasces ac sceptrum aggressi sunt, eruditissimi  
mortalium, judicandi facultatem non solum partem  
muneris Imperatorii, sed & iudicii necessitatem Regi-  
bus imposuerunt. Diotogenes Pythagoreus Lib. de  
Regno: ἔργα δὲ βασιλέως τρία, τὸ, τὸ στρατηγεῖν, καὶ δικα-  
σολεῖν, καὶ θεραπέυειν θεῶν: καὶ μὰ τὸ, τὸ δικασολεῖν καὶ  
θεραπέυειν τὸ δικαίον ζῶντα μὴ κατ' ὄλβ, ἰδία ἢ κατ' ἕκαστον,  
οἰκίον βασιλέως. *Sunt autem officia regis tria, imperare, judi-  
care, deos colere. Judicare autem & jus suum singulis distribue-  
re proprium opus est Regis.* Clemens Alexandrinus Lib. I.  
Stromat. Τὸ τακτικὸν δὲ μέρος αὐ εἶη τὸ στρατηγικόν, τὸ στρα-  
τηγικὸν δὲ τὸ βασιλικόν. Πάλιν τε αὐ τὸ νομοθετικὸν μέρος αὐ  
εἶη τὸ βασιλικόν, κατὰ τὸ καὶ τὸ δικαστικόν. *Ordinanda autem  
aciei peritia fuerit pars artis imperatoria seu ducendi exercitus:  
Ars autem ducendi exercitus est pars scientiæ regnandi. Et rur-  
sus, legum ferendarum peritia, regnandi scientiæ pars fuerit; sicut  
& judicandi facultas.* Caussam adducit idem Diotogenes:  
ἔτ' ὅτι ὁ θεὸς ἐν τῷ κόσμῳ ἀρχιμὼντε καὶ πρῶτος ἐν-  
τὶ. *Hic enim ceu Deus in mundo, Dux atq; Præses est.* De quo  
Salvianus Lib. I. de Gubernatione Dei. *Si autem regit,  
hoc ipso quod regit, iudicat; quia regimen esse non potest; nisi fue-  
rit jugiter in rectoris iudicium.* Quamobrem & regem &  
iudicem eundem esse contendit Philo Lib. de Mutatio-  
ne



ne Nominum: αἱ μὲν γὰρ τὰ ἐκτὸς ἄγουσιν εἶσω, πρὸς οἷα  
δικαστῶν καὶ βασιλέα τὸν ἕν. *Ille siquidem, quae foris sunt, intro  
agunt ad intellectum tanquam ad judicem & regem.* Eodem  
modo Ammianus Marcellinus Lib. XVII. Athanaricum  
judicem Thervingorum, principem; & Zosimus Libr.  
IV. Παντὸς τῆ βασιλείας τῶν σκυθῶν ἄρχοντα genus vocat.  
Themistius' orat. I. etiam tribunal regi constituit: βασι-  
λεὺς δὲ μόνῳ καὶ ἄσπλῳ ἅτερ αἰχμῆς, ἅτερ μαχαίρας μο-  
νομαχεῖ ὅπῃ ἔβηματῳ. *Imperator autem solus etiam inermis si-  
ne cuspide, sine machera belligerat tribunali insidens: legibus  
scilicet, quibus armatum esse oportet majestatem impe-  
ratoriam,\* ut pro tribunali his experiatur. Modum  
judicii regii praescripsit Isocrates Nicocli: τὰς κρίσεις  
ποιῶν, πρὸς ἄν' αὐτὸν πρὸς ἀλλήλους ἀμφοτέρωθεν, μὴ πρὸς χάριν,  
μηδὲ ἐναντίας ἀλλήλων, ἀλλ' αἰεὶ τὰ αὐτῶν γνώ-  
σκε. *De controversiis eorum, sententias neq; ad gratiam ferto, neq;  
inter se contrarias, sed de iisdem quidem rebus semper eadem de-  
cernito.* Agapetus Justiniano in scheda regia: ἴσως πρὸς  
τὴ φίλους καὶ ἐχθρῶν ποιῶν τὰς κρίσεις, μὴ τὴ τοῖς ἐυνοῦσι χαρι-  
ζομένῳ. Διὰ τὴν ἐυνοίαν, μήτε τοῖς δυσμετέσιν ἀνθεστέμεν  
δι' ἀπέχθησαν. *Equal lance, tam ad amicos quam ad inimicos ver-  
gens, judicandi munus obito; neq; benevolis de te gratificans, ob  
benevolentiam; neq; malevolis resistens, propter inimicitias.* Ea-  
dem filio Manuel Comnenus in Institutione Regia. Ca-  
to apud Stobaeum Sermon. CXLIX. omni principi:  
τὸν ἄρχοντα ἢ κριτῶν δεῖ, μήτε ὑπὲρ τῶν δικαίων λιπαρεῖσθαι  
μήτε ὑπὲρ τῶν ἀδίκων ἐκλιπαρεῖσθαι. *Princeps aut judex,  
neq; pro justis orari, neq; pro injustis exorari debet.* Quale ju-  
stitiae judiciive Regii exemplum, in Alcinoο suo ex-  
hibet Areta apud Apollonium Rhodium in Argo-  
naut. Lib. IV.*

Proem.  
Institut.



429

50 12

μὴ δ' Αλκίνοον βασιλῆα  
 λίσσεσθαι· τὸ γὰρ αὐτὸς ἰὼν κόλχοισι δικάσει·  
*Parce Alcinooum regemq; precari;*  
*Namq; hoc in Colchos si pergat, iudicet ipse.*

III. Idem adhuc ex sapientia regia, & accelerando litium fine probamus. Nam quis melius iudicet, quam is, cuius divina mens totius populi sapientiam referat aut exsuperet, cum tanto acumine iudicia indigeant? Aristoteles certe hanc naturæ excellentiam in rege suo requirit Lib. III. Polit. c. XVII. ὅταν ἐν ἡ γῆ ὅλον, ἢ καὶ τῶν ἄλλων ἓνα ἕνα συμβῆ διαφέρειντα γένος κατ' ἀρετῆν ποσῶν, ὡς δ' ὑπερέχῃ τῷ ἑκείνῃ τῆς τῶν ἄλλων πάντων, τότε δίκαιον τὸ γῆ εἶναι τῶν βασιλικόν. *Cum igitur acciderit ut aut genus totum, aut etiam aliorum aliquis unus exoriatur, ita ceteris virtute præstans, ut illius virtus, aliorum omnium virtuti antecellat, tunc justum est hoc genus esse regium.* Nec facile quispiam definiat litem citius, quam quorum interest, componi certamina civium, perituræ urbis exordia. Sic unis suffragiis Lacedæmonii, unis testulis Athenæ, uno verbo sæpe Romani Imperatores causam diremerunt; nullo festinationis periculo. Equidem non malè Cassiodorus Lib. VII. Ep. I. *cunctator, inquit, esse debet, qui iudicat de salute;* quia, quod in Adagio suo usurpant Arabes *إتمنتارنن مفسطه لىعلى* *festinatio clavis est pœnitentiæ.* Sed ita illi, nisi fallor, celeritatem iudicii castigant, eoque inhærendum causæ statuunt, donec liqueat; & extrahatur è latebris non solum facinus, sed & facinoris occasio; ne solis præsumtionibus in re magni momenti iudicetur. Quam iudicandi gravitatem in Lacedæmoniis commendat Thucydides Lib. I. de Bell. Pelopon. *μη ταχεῖς εἶναι περὶ αἰδρός ἀλλ' ἀναμφισβητήτων τεκμηρίων βραβεύσαι τι αἰήκεσον.* Quæ  
 ver-





51 12  
459  
verba in Pausania ita transtulit Nepos: *Quod harum rerum nullum erat apertum crimen, quo argui posset, non putabant de tali tamq, claro viro suspicionibus oportere judicari.* Atq; huc demum pertinet illud Nasonis Lib.I. Trist. Eleg I.

*Judicis officium est ut res ita tempora rerum*

*Quarere, quesito tempore tutus erit.*

Cum paret, atq; ipsa se aperuit res, nã properandum sapienter Justinus Imperator constituit; ne lites fiant penè immortales, & vitæ hominum modum excedant.\*

Quomodo Vespasianum Suetonius c. X. sorte elegisse observat, qui centumvitalia extra ordinem dijudicarent, redigerentq; ad brevissimum numerum.

L. XIII.C.  
de judic.

IV. Non proletariis tamen quibusque & humilioribus causis destinamus Majestatem; magnis tantum suetam, & publicis maximè curis incumbentem.

Agnoscamus imperatoriam illam Tiberii vocem apud Tacitum III. Ann. c. LIII. n. III. *Non edilis aut pretoris aut Consulis partes sustineo; majus aliquid à principe postulatur.*

Nec fugit nos illa Platonis ad Dionysium apud Cedrenum oratio: *Μόριόν τι μικρόν πολιτικῆ τὸ δικάζεν ὁρθῶς.*

*Ἄνεσσις γὰρ εὐλασί, τίς τῶ διεργώτα ἰμάλια ἀνοφάνισσι.* *Judicia recte facere, hanc ego exiguam civilis scientiæ partem esse judico.*

*Nam judices mihi Sartorum similes esse videntur, qui laceras vestes consuunt.* Enimverò judicia facere id unum ac præcipuum Politici officium posuerat Tyrannus; cum Plato respondisset homini, præcipuum Politici viri munus in eo potius versari, ut cives boni efficiantur.

Hac mente, si vel eo injecto scrupulo descenderet in se, omis-  
saque tandem tyrannide libertatem civibus redderet.

Ea igitur tantum quæ transcendunt captum reliquorum, propria majestati judicia volumus: Veluti Appellationum, \*Avocationum, Revisionum, Extraordi-

L. XXX.  
C. de App.

B 3

naria



430

51 12

L.I.C. de  
Relat.

nariæ cognitionis, Relationum \* & graviorum criminum. Quæ sua & ipse Romulus fecerat. Dionysius Halicarnass. Lib. II. τῶν τε ἀδικημάτων τὰ μέγιστα μὲν αὐτὸν δικάζει, τὰ δὲ ἐλάττωνα τῆς ἐλευταῆς Ἰππιτέπφου προνομήμων, ἵνα μηδὲν γῆται περὶ τὰς δίκας πλεημελές. *Ut de gravissimis delictis ipse decerneret, leviora permetteret Senatoribus, providendo interim, nequid in judiciis peccaretur.* Ita apud Ephesios, de quibus Achilles Tattus Lib. VII. De Clitophonis & Leucippes Amoribus, Princeps judicum ἢ δὲ βασιλικῆ γῆρας, καὶ τὰς μὲν Φονικὰς ἐδικάζε δίκας. *Regii generis erat, penes quem capitalium caussarum dijudicandarum potestas erat.* Adeo quod quæsitivæ inter mortales natura; & ratio & publica salus Majestati imperantium onus addidit.

V. Nunc præcipua, & quæ extant maximè, Adversariorum objecta diluamus. Principio inquit, apud Principes omnia aut ira aut misericordia peragunt; recto contraria judicio. Sed aut pessimum quemque hominem illi his pingunt coloribus; cui ne nos quidem judicii curam demandamus, non regem aut majestate sua dignum principem; quem sola justitia demonstrat. Præclare hoc perfidi Gubazæ interfectores apud Agathiam Lib. IV. Hist. Justin. καὶ ἡ δὲ τῆ ῥοπή καὶ τῷ χλαμυδίῳ καὶ τοῖς ἐκτὸς Φαινομήοις ἐγκαλλωπίσμασι ταύτῳ προσνέμει τὴν τῆ βασιλείας ἐπωρυμίαν· ἀλλ' ἐνταὶ τὸ δίκαιον ἐισεγόν, καὶ τῶ προσήκοντι μὴ ὑπέροφρονοῖν τὸ ἐφιέμερον, καὶ μόνοις τοῖς καθεσῶσι τὸ φρόνημα τῆς ψυχῆς ἀναμετρεῖσθαι. *Oportet enim non sceptro & chlamydi, exterioribusque ornamentis hanc Regis appellationem tribuere, sed ei qui justitiam exercet, & cupiditatibus suis modum non excedit, cogitationesque suas solo honesto metitur.* A quibus non abludunt illa Chrysostomi apud Stobæum Serm. CXLIX. ὅτι ἐν τῇ χλαμίδι καὶ



12 431  
καὶ τῆ ζώνῃ, εἰδὲ ἐν τῇ κήρυκ<sup>ῳ</sup> ἀρχῶν, εἰλ' ἐν ταῖς τὰ πεπονη-  
κίται ἀνακτῶσ, καὶ τὰ κακῶς ἔχοντα διορθῶν, ἢ κολάζειν μὲν  
αἰδιμίαν. Non est in lana & Zona; nec in praetoris voce cernitur  
princeps, sed in reficiendo fracta & fatiscencia, & qua male consti-  
tuta sunt corrigendo, ac improbos puniendo. Hinc Διοτρεφεῖς  
nuncupati Reges, quasi iustitia Jovis enutriti; & per  
sceptra sua jurabant olim, tanquam ad iustitiæ vindicis  
monumentum; & sacra ipsa administrabant, quasi ju-  
stis purisque manibus pacem Deorum exquisituri per  
aras facilius, quo propius ad Deos ipsos accederent.  
Quod ex Homero, Pausania, Irenæo, Philone ac Cle-  
mente Alexandrino discimus. Aut nullum iræ & mi-  
sericordiæ locum relinquunt in Principibus; & frustra  
sunt, qui humanos affectus ab homine avellunt. Nam  
ut tanta prærogativa sanguinis emineant reges; huma-  
nitas tamen modum nondum excedunt. Quod si ne-  
mo sumendus iudex, nisi qui vacet ira omni ac miseri-  
cordia, nunquam quisquam rectè sumetur; quando-  
quidem omnes affectibus sæpe vincimur; neq; gra-  
tiam aut odium, nisi cum vita ponimus. Id satis est, sic  
cohibere eos & cogere in ordinem, ut, quod ait Cæsar  
apud Sallustium in bello Catilinario, ne vero officiant,  
\* aut libido potius dominetur quam animus. Quem L. XIX. de  
locum Themistius Imperatori suo Philosopho ita Off. Præf.  
reddidit, in oratione ad Constantium: Μὲν γὰρ ἡ φιλο-  
σόφου βασιλεύεται ἡ ψυχὴ καὶ ἀρχεῖ μὲν ὁ νῦν τὸν ἀπαντα  
χερόν, τὰ δὲ ὅπλα φορεῖ ὁ θυμὸς ἢ αὐτὸς ἐκείν<sup>ῳ</sup> ἡγεῖται. Philo-  
sopho autem, id est viro sapienti, imperat solum anima, & imperat  
quidem mens quovis tempore: illi quasi satelles aut armiger ad-  
stat pars irascibilis, quatenus & quando mens principatum obti-  
net. Etenim, verba sunt Andronici Rhodii Libr. III.  
Ethic. Aristot. c. II. ἐστὶ γὰρ εἰς δέον χεῖρα τῆς ἰσχυρίας, καὶ  
τῆς



432

5112

τῶν ἰουμῶν καὶ τοῦ θεοῦ ἀγαθῆς εὐχαι ἴσθι ἡσυχίαν, καὶ ἴσθι ἰουμῆν ἡσυχίαν. Potest aliquis ut oportet cupiditate uti & ira. Et sunt nonnulla quorum causa irascendum est, sicut quedam concupiscenda sunt. Sic irarum indiget iudex, ne impunita patiat flagitia; \* misericordiae, ne jura aequitati praeferat. \* Augustinus Lib. IX. de Civit. Dei c. V. Servit enim motus iste rationi, quando ita praebet misericordia, ut justitia conservetur; sive cum indigenti tribuitur, sive cum ignoscitur poenitenti. Unde Marcianus noster, perspicendum est, inquit, iudicanti, ne quid aut durius aut remissius constituatur, quam causa deposcit\*; nec enim aut severitatis aut clementiae gloria affectanda est; sed perpenso iudicio pro ut quaeque res exoptulat statuendum est. Planè in levioribus causis proniores ad lenitatem iudices esse debent: in gravioribus poenis severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi. Nam quis non severius paullo animadvertendum existimet, cum frequentantur scelera ac saepe exemplo opus est; \* aut quis non succurrat errantibus\*? Et ignoscere & irasci, regium est. De quo Romani illi Juvenes apud Livium Lib. II. c. III. Regem hominem esse, à quo impetres ubi jus, ubi injuria opus sit, esse gratiae locum, esse beneficio: & irasci & ignoscere posse: periculosum esse, in tot humanis erroribus solà innocentia vivere. In quo laudis genere quanquam non omnes excelluerint; sic aliquos tamen nec paucos attulit Valerius Maximus Lib. VI. c. V. Graviter me hercle ille, quamlibet biliosus Thebanorum rex, apud Euripidem in Bacchis.

L. LI. D. ad  
L. Aquil.  
L. VIII. C.  
de iudic.

L. XI. D.  
de Poen.

L. I. De  
Abig.  
L. IX. § V.  
de I. & F.  
ign.

Τοῖς γὰρ δίκαιοις ἔχι θυμῶν χρέων.  
ὅσω δ' αὖ εἴποις δεινότερα βακχῶν πέρι  
τότῳ ἢ μάλλον τὸν ὑποφέντα τέχνας  
γυναιξὶ τόνδε τῆ δίκη προθήσμεν.  
Justis enim vel ne utiquam irasci decet.

Hor-





5112  
473  
Horrenda de Bacchis sed ut mage dixeris,  
Tanto hunc magis qui artes malignas subdidit  
Mulierculis, pœnâ aspera torquebimus.

VI. Hebræi dicunt c. II. §. II. Sanhedrim: המרה  
רני לן הן לן *Rex neq; judicat neq; judicatur.* Quam le-  
gem cum ipsi falsam deprehenderent, nunc ad solos  
Reges Israel restringunt in Gemara; nunc iidem regia  
judicia cum clementia stare non posse contendunt.  
Quasi verò quos adjunxit clementia, alienet justitia;  
nec utrosque potius amico quodam ac sororio vinculo  
contineat? Neq; enim metuendum magnopere, ut ad-  
ducatur in invidiam princeps judex, qui capitis damnet  
magna reipublicæ capita. Nam si justam ferat senten-  
tiam, nec ipsi illi, qui maleficio ac scelere pascuntur,  
contra ausint hiscere; quod nati ad justitiam, sine ju-  
stitiæ particula, ut ait Cicero Libr. II. Offic. nequidem  
latrones vitam degant. Ostendit hoc in Rege suo Au-  
relio Aristides: *ἔδει γὰρ εἶναι, ἕως ἂν τῶν δικαίων ἀπῆλθε*  
*τυχῶν, ἔδ' ἐμέμφατο τῶν κερθέντων ἐπ' αὐτῶν ἕτε δυνάκων ἡττη-*  
*θεὶς ἕτε φεύγων ἀλῆς· ἀλλὰ σέροντες ἀμφοτέρω καὶ προσκυ-*  
*νῶντες ἀπέρχονται καὶ τῷ αὐτῷ ψῆφον πρὸς τῶν ἐγνωσμένων,*  
*ὅ, τε ὑπὸ θεοῦ καὶ ὁ νικήσας φέρει· καὶ ἄρα συμβῆ ἵσσι τῷ πι-*  
*νωρίᾳ ὑποχεῖν, ἕπι παθεῖν καὶ δεῖναι δικλῶ νομίζουσιν, ἀλλὰ*  
*μὴ μείζω παθεῖν πρὸς κέρδι· τίθενται· ἕ γὰρ μίσθῳ αὐτῶ τῶν*  
*δεδοσκότων αἰ τιμωρίᾳ δυνάσται, ἀλλὰ παθεῖαν· μάλιστα μὲν*  
*εἰ πως εἶόν τε καὶ αὐτῶ, εἰ δὴ μὴ, τῶν ἀγνωσμένων.* Quapro-  
pter omnes ab eo jus suum consequuntur, nec ejus judicia quisquam  
calumniatur, sive actor causa cadat, sive reus vincatur; verum  
uterq; æquo animo & hilari discedit: nec aliter de re judicata sen-  
tit is, qui causam obtinuit, quam qui litem perdidit. Quod si pœ-  
nas aliqui dare cogantur, non id tam grave ducunt, quam quod  
majora non patiantur; præclarè secum agi putant, nec enim ille  
odio eorum qui peccarunt supplicia sumit, sed ut corrigat ipsos pri-  
mum,



2134  
L. I. S. I. D.  
de Just. &  
jur.

5112  
mum, si fieri possit, sin minus, ipsorum exemplo alios. Quis verò  
eis juste succenseat qui metu pœnarum quoq; justos nos  
ac bonos efficere cupiunt? \*

VII. Cæteris, qui majorem è longinquo vene-  
rationem regibus, quam à Judiciis ac publica luce pro-  
mittunt, jampridem respondit Synesius orat. de Regno:  
τὸν γὰρ εἰδέν ὕγιες ὄντα, καὶ εἰδότες γὰρ ἔτι τις μηχανὴ μὴ εἶχαι  
Φεύγει τὸ ἐμφανές. Φεύγοντα καταφρόνησον; Ἀλλ' ἡλίθ τε μέ-  
χευ τήμερον εἰδείς πᾶς καταπεφρόνηκε καὶ τοῖ τι σωτηρίας  
ἴεαμα; καὶ βασιλεὺς εἰ τετάρρηκεν ἀληθινὸς ὢν, καὶ σὺκ ἐλεγ-  
χθῆσθαι, ἔσω κοινότερα. Nam qui nihil sani aut integri  
habet, & hoc ipsum intelligit, qui fieri potest, ut non lucem fugiat,  
quo sui contemptum devitet? At Solem hæctenus nemo despexit;  
quanquam quid est quod frequentius videatur. Proinde rex, si  
verum se esse, nec aliter convinci posse confidat, omnibus maximè  
sit expositus. Qui primis tantum Rebusp. ac rudibus ad-  
huc legum Majestatis judicia tribuunt, illi Ægyptiis de-  
bent ludibrium; quorum, cum optimè constitutis le-  
gibus viverent, Rex nihilominus aliquando ex legibus  
judicabat. Cui rei Diodorus Siculus Libr. I. Ælianus  
Lib. XIV. c. XXXIV. & Strabo Libr. XVII. luculentissimi  
testes sunt. Non vacantibus autem Regibus, responde-  
at odiosa illa Philippo muliercula apud Plutarchum in  
Apophtegma. καὶ μὴ βασιλεύε noli ergo regnare. Quod ne  
sibi accideret, cum cura aliquoties jus dixisse Justinia-  
nus noster legitur. \* Neque enim audiendus hic est  
Procopius in arcana Historiâ, quâ ad barbaros Justinia-  
ni mores promptitudinem illam judicandi interpreta-  
tur; justo aliquando dicacior, & nulla hic ratione in-  
struētus censor.

Novell.  
XXCVIII.  
prin.

VIII. Illud propius urget ac magis reddit du-  
bios, utrum avocare lites à legitimo judicio Majesta-  
tem



172  
835  
tem deceat; cum cœpta judicia sine dubio diffindat a-  
vocatio ac interturbet ordinem, \* & litigatores ipsos *c. XXXIX.*  
majoribus itinerum ac sumtuum sæpe molestiis invol- *c. XI. q. I.*  
vat? Et vero, si temerariam avocandi licentiam Maje-  
stati daremus, haut frustra hæc nobis objiciat aliquis,  
qui potentia simul regia & decoro consulat rectius.  
Nunc quia necessariam tantum & justam probamus, ni-  
hil nec judiciorum ordini, nec litigantium crumena pe-  
riculi est. Justitiæ enim propria maximè Regibus sol-  
licitudo & quasi natura est. Ecphantès de Regno: *Αὐτὰ*  
*μὲν ἐν βασιλείᾳ χεῖμα εἰλικρινές τε καὶ ἀδιδόχορον ἐντὶ, καὶ*  
*δι' ἁπερβολῆς θεϊότατον. Est regnum res sincera incorrupta &*  
*propter excellentiam divinissima.* Et iterum: *Βασιλῆα ἢ τὸν*  
*ὀμιλήσαντα φύσιός τε ἀχρόντω δεῖ μετέχθν. Rex igitur natu-*  
*ram habeat minimè pollutam.* Recte quidem Pindarus: *Πό-*  
*τερον δίκας τεῖχος ὕψιον ἢ σκολιάς ἀπείτας ἀναβαίνον ὄπιχθό-*  
*νιον γῆρας ἀνθρώπων, δίχα μοι νόος ἀτρέκειον εἰπεῖν. Utrum*  
*Justitiæ murus sublimior sit an vero fraudis obliquæ, ut mortale*  
*adscedat genus, in dubio ut verum fatear mens mihi fluctuat;*  
communem hominum sortem secum putans; quam  
nunquam non fraudes implicant, justitiæ ut maximè  
deditam. De majestatis autem fortuna id non malè  
correxerit aliquis ex Maximo Tyrio dissertat. II. *Ἄπερσ-*  
*βατόν τι χεῖμα τῆ ἀπάτη ἢ δίκη ὡσπερ εἰς Αλωίδαις ὁ ἔρανης.*  
*Plane inaccessa fraudi justitia est, non secus quam Aloidis cælum.*  
Quia & suo & sapientum muniti consilio, fraudem o-  
mnem inferiorum judicum evolvunt, in omnes intenti  
machinas; atque ideo ubicunque eam offenderint,  
causam sibi ac justitiæ suæ, procul tumultu procul tur-  
ba, deposcunt.



Qui possint avocare jure civili  
Germano.

- |  |  |
|--|--|
| I. <i>Judicia Germanorum à Romanis diversa sunt.</i>               | VII. <i>Nec imperator à Camera avocat.</i>   |
| II. <i>Qui ante Carolum M. avocarint.</i>                          | VIII. <i>Argumenta pro avocatione Casarea à Camera proponuntur &amp; refutantur.</i> |
| III. <i>Ordo Judiciorum tempore Francorum.</i>                     | IX. <i>Nec principes à Camera avocant.</i>   |
| IV. <i>Avocatio Caroli majestatica.</i>                            | X. <i>Principes quomodo in suis ditionibus avocent.</i>                              |
| V. <i>Avocatio Magistratus Francorum, hodie facta majestatica.</i> | XI. <i>Jure Magistratus qui hodie avocent.</i>                                       |
| VI. <i>Imperatoribus no-</i>                                       |  |

*L. I. D. de  
cōst. princ.  
S. IX. Inst.  
de J. G. N.  
& C.  
Flor. Lib.  
IV. c. XII.*

**L**ustratis fontibus quibus jura Gentium & Romana civilia decurrunt, ac sistunt causas; nunc patria instituta demonstrabimus; diversa ab illis & nostræ tantum celebrata terræ. Nam qui Germaniæ jurisdictionem ad incunabula Romana exigunt, pro Justiniano quidem jure sapiunt satis, at literarum Germanicarum expertes. Nunquam ita domita Germania tota est, ut tota Romanæ servitutis subiret jugum, aut Magistratus & Regiæ Legis\* majestatem ab illis accerseret. Quin dedit documentum Quintilius Varus\* magno suo malo, quanti constaret sibi fiducia dirigendi tribunal Romanum apud Germanos, gentem liberam & triumphatam magis quam victam. Quod si quæ sponte sum sit à Romanis, aut per vicinorum commercia traxit, sic suis tem-



12  
447  
temperavit moribus, ut nedum apparerent Romana.  
Neque imperii reverentiâ, sed ut virtutis sibi inde orna-  
menta compararet, Germanæ instrumenta gloriæ. Ge-  
nerosa indole nata; nec pulchri undecunq; daretur ne-  
gligens, nec incuriosa suorum.

II. Atque ut inde à Priscis seculis jurisdictionem  
hanc Germanorum deducam: Germania omnis ante  
tempora Francorum, communi imperio destituta,  
non una sed in varias distincta Respublicas, aut civita-  
tibus parebat, aut Regibus; iisque vel suadendi magis  
auctoritate, vel paullo addictius potestate imperandi,  
nullibi tamen infinitâ. Formam judiciorum eandem  
propemodum, eosdem magistratus habuit: Principes  
qui per pagos ac vicos jus suis dicebant; Duces qui bel-  
licam jurisdictionem curabant. Jure Majestatis con-  
cilia utrobique maximè avocasse ostendunt hæc Taciti  
verba in German. c. XI. *De minoribus rebus principes con-  
sultant, de majoribus omnes; ita tamen, ut ea quoq;, quorum pe-  
nes plebem arbitrium est, apud principes prætractentur.* Quæ  
quo magis & de iudiciis accipiamus, addit c. XII. *Licet  
apud Concilium accusare quoque & discrimen capitis in-  
tendere.* Ex quo intelligi potest, non solum ea quæ  
ad statum Rei Germanæ, \* sed & quæ ad capitalia priva-  
torum criminum judicia pertinuerint \*, prætractata  
ante Principibus, atque inde concilio avocata fuisse.  
Sed cum duces quidem in bello vitæ necisque habe-  
rent potestatem, teste Cæsare Lib. VI. de bel. Gal. c. XXIII.  
ab his tamen, post bella quoque, nondum decisas res  
paulo majores avocari consuevisse, illa faciunt, quæ pro-  
ximè idem Tacitus de Transfugis notat: *Distinctio pœna-  
rum ex delicto. Proditores & Transfugas arboribus suspendunt;*

L. II. §. II.  
D. de just.  
& jur.  
L. II D. de  
publ. jud.

C 3

nam



434

51 12

nam & pœnas iterum has decernere concilia, vel eò in-  
 nuit, quo denuo conciliis subjicit; quas ipsi ante duces  
 fumere potuerant. Neque enim hic Tacitum refelle-  
 re ingentē Cæsarem arbitramur. Jure Magistratus hanc  
 jurisdictionem duces illi principesve exercebant, suis  
 stipati comitibus; Quibus cum illi vicariis sæpe ac pe-  
 daneis uterentur, quod in magno pago ipsi rebus omni-  
 bus superesse non poterant; accidit haut raro, ut his  
 quoque parum sufficientibus, causæ, litem ad se revo-  
 care necessum haberent. Nam si minuit avocatio li-  
 tes & accelerat ambigua causarum fata\*; non absurde  
 quoque eò dicamus, quod ait Cæsar, principes Germa-  
 niæ minuisse controversias, vel avocando etiam. Atque  
 hæc judiciorum facies mansit usq; ad Francorum tem-  
 pora.

*arg.c.I. X.  
 de Appel.  
 in VIta.*

III. Postquam imperante Magno Carolo in u-  
 num corpus coaluerat Germania, majestatem suam in  
 Rege venerabatur; quanquam ne tum quidem supra li-  
 bertatem, nec dum remiserat Procerum Concilium  
 par altum aliud, aut certa parte majus. Nam de con-  
 troversis ipsorum Regum ac Principum non Rex, sed  
 concilia statuebant. Magistratus quoq; jam tum muta-  
 verant paulatim, traductis in partem Romanorum titu-  
 lis ac ordine. Ordinarii in pace quoq; duces, Episcopi,  
 Abbates, comites. Extraordinarii, Misi seu Legati Re-  
 gii, dicti. Atq; illud est, de quo Agathias testatur Justin  
 minoris tempore Lib. I. Hist. Justinian. εἰσὶ γὰρ οἱ Φράγγοι  
 & νομάδες, ὡς πρὸς ἀμέλει ἐνίοι τῶν βαρβάρων, ἀλλὰ καὶ πολιτεία  
 ὡς τὰ πολλὰ χροῦνται ῥωμαϊκῇ, καὶ νόμοις τοῖς αὐτοῖς καὶ τὰ ἄλ-  
 λα ὁμοίως ἀμφότε τὰ συμβόλαια καὶ γάμους καὶ τὴν τῶν θεῶν  
 θεράπειαν νομίζουσιν. *Sunt enim Franci non campestris ut fere  
 pleriq; barbarorum, sed & Politia ut plurimum utuntur Romana &  
 Legi.*



Legibus; eandem etiam contractuum & nuptiarum rationem, & di-  
vini Numinis cultum tenent. Pergit idem. ἔχουσιν ἢ καὶ ἀρχον-  
τας ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ ἱερεῖς, καὶ τὰς ἐορτὰς ὁμοίως ἡμῶν Ἰπι-  
τελῶσι. Habent & Magistratus & sacerdotes; festa etiam perinde  
atq; Nos celebrant. Saxonia tamen moris adhuc patrii te-  
naciore perseverabat. Illud saltem non affirmemus Ab-  
bati Urspergeni, sine legibus stetisse Alemannos usq; ad  
Friderici primi pacis Literas; cum & ante sæpè à Caro-  
linis Francis, more Romano accepissent magistratus, &  
nomina & ordines mutassent; haut credo sine legibus,  
mutationem magistratuum comitantibus.\*

IV. De Majestatica avocatione Coroli ita Egin-  
hardus in vita Ejus: *Cum calciaretur ac amiciretur, non tan-  
tum amicos admittebat; verum etiam si comes Palatii litem ali-  
quam diceret, quæ sine ejus jussu definiri non posset, statim liti-  
gantes introduci jussit, & velut pro tribunali sederet, lite cognita  
sententiam dixit.* Scilicet retulerat hic Comes Palatinus  
de difficultate negotii; At ille non Palatino, sed avoca-  
ta à Palatino causa, litigantibus introductis jus ipse &  
sententiam dicebat. Ac Comitum Palatinum quidem  
non provocatione fortean litigantium, sed necessitate  
causæ adductum hæc retulisse ex Hincmaro constat  
Rhemensi Archiepiscopo. Ejus verba c. XIX. hæc sunt:  
*Comes Palatii de omnibus secularibus causis, vel judiciis suscipien-  
dis curam instanter habeat, ut nec seculares prius dominum regem  
absq; ejus consultu inquietare necesse haberent, quousq; ille prævi-  
deret, si necessitas esset, ut causa ante regem merito venire deberet;  
ne quid omittatur, quod plena instructione indigeat.\**

V. Cæteros jure magistratus avocasse ex capitu-  
lis Ansegisi colligimus Lib. IV. c. CLXXXIII. *Si Vasus no-  
ster justitias non fecerit, tunc & Comes & Missus noster ad ipsius  
casam sedeant, & de suo curent, quousque justitias faciant; non  
solum*

arg. Nov.

XXIV.

XXV.

XXVI.

c. I.

L. I. C. de  
Relat.



440

172

solum per appellationem, sed & per causę avocationem; cum ipse ille Vassus justitiam facere noluerit. Idem habendum de Ducibus ex Trithemio Lib. de Origin. Franc. Anno DCCXLII. cum ait: *in singulis provinciis aut duces aut comites Rempublicam sub potestate Francorum administrabant; quasi jure quodam pari.* Tametsi enim duces olim illi superiores erant comitibus; illos tamen ab his avocasse incertum; vel ante Carolum saltem, non ipso eo imperante; quippe qui ducatus in comitatus transformavit, teste Lehmanno Lib. II, cap. XVI. XXI. XXIII. XXII. Sed renata iterum ultimis Carolinorum temporibus Ducum potentia, hæreditarias sibi provincias efficere statuit; \* eoque tandem progressa sub Saxonibus imperatoribus est; ut non solum ipsa maiestatem arriperet, sed comites quoque & civitates consecuti libertatem, vel vi vel precio vel profusione regum ferrent iura, imperatoribus hæctenus proprie usurpata. Inde ad nostra usque tempora non solum Imperator sed Duces quoque & Principes & Archiepiscopi & Abbates & Comites immediati, & quoscunque nunc imperii status nuncupamus iure maiestatis, vi superioritatis territorialis, quod aiunt, & iudicant & à curiis suis avocant. Cæterum patet hinc causa, quam obrem neget Covarruvias c. IX. Tom. II. Pract. quæst. *Duces, Comites aut Marchiones aliosve jurisdictionem habentes, qui sint inferiores nec iura Principis habeant, causas pendentes apud iudices ordinarios avocare posse.* Nimirum Hispaniæ suæ Duces Comitesve iure maiestatis non avocant, nisi privilegii usurpatione, quia iura maiestatis non habent. Inde autem curæ fieri debet privatio, unde etiam datur\*. Quare idem de avocatione magistratus ultro ipsis concedit.

Alia

Luitpran.  
Lib. II. c.  
VI.

Nov. XV.  
c. I.





12 241  
Alia Germaniæ ducum potestas est. Ad quam procul dubio unâ respexit Petrus Antonius de Petra, Tractatu de potestate Principis c. VI. n. XCVI. cum inquit: *Secus tamen est, in aliis superioribus & dominis principem non recognoscantibus; quoniam illi possunt liberè in quacunque parte iudicii causam advocare ad se, & aliis committere.* Nam ut alibi recognoscant Imperatorem Nostrates; hic tamen virtute sua pollent, admissi in societatem majestatis, & imperatoris partes sustinent, intra territorii sui orbem æque potentes & clari.

VI. Et olim quidem liberius dominabantur Imperatores, temporibus Saxonum: dehinc ab Henrici IV seculo, auctâ subinde Palatina lege, \*vis majestatis & in judiciis administrandis imminuta sensim cœpit languescere; donec tandem ab imperio Caroli IVti, omnis libera illa ac universalis avocandi potestas propemodum expiravit. Nam etiam tum ab Electoribus avocare non licuit per aureæ Bullæ interdictum; cujus verba ita habent tit. XI. STATUIMUS ETIAM, UT NULLI COMITES, BARONES, NOBILES, FEUDALES, VASALLI, CASTRENSES, MILITES, CLIENTES, CIVES, BURGENSES, NULLE QUOQUE PERSONE MOGUNTINENSI, COLONIENSI ET TREVIRENSI ECCLESIIIS SUBJECTE VEL SUBJECTÆ, CUJUSCUNQUE STATUS CONDITIONIS VEL DIGNITATIS EXISTANT, AD CUJUSCUNQUE ACTORIS INSTANTIAM, EXTRA TERRITORIUM TERMINOS AC LIMITES EARUNDEM ECCLESiarUM ET PERTINENTIARUM SUARUM, AD QUODCUNQUE ALIUD TRIBUNAL SEU CUJUSVIS ALTERIUS, PRÆTERQUAM ARCHIEPISCOPORUM, MOGUNTINENSIS, COLONIENSIS, ET TREVIRENSIS, ET JUDICUM SUORUM CITARI POTERINT, TEMPORIBUS RETROACTIS, VEL TRAHI SEU VOCARI DEBEANT PERPETUIS IN ANTEA TEMPORIBUS, SIVE POSSINT, SICUT IN PRÆTERITIS INVENIMUS TEMPORIBUS OBSERVATUM. EANDEM CONSTITUTIONEM VIRTUTE PRÆSENTIS LEGIS NOSTRÆ IMPERIALIS.

Goldastus  
præf. tom.  
III. Const.

D

AD



AD ILLUSTRES COMITEM PALATINUM RHENI, DUCEM SAXONIAE,  
 ET MARCHIONEM BRANDENBURGENSEM PRINCIPES ELECTORES  
 SECULARES SIVE LAIGOS, HEREDES, SUCCESSORES & SUBDITOS  
 EORUM PLENISSIME EXTENDI VOLUMUS, SUB OMNIBUS MODIS  
 ET CONDITIONIBUS UT PRAEFERTUR. Sed subsequitis tem-  
 poribus, & caeteris imperii Statibus hoc idem datum in-  
 venimus. Unde jam inde a Carolo V. hac imperatorii  
 juramenti formula est. *Wier sollen und wollen auch die  
 Churfürsten, Fürsten, Praelaten, Grafen, Herren und Adel, auch  
 andere Stände und Unterthanen des Reichs, mit rechtlichen oder  
 gültlichen Tagleistungen, ausserthalb teutscher Nation, und von  
 ihre ordentliche Richter nicht dringen, erfordern noch furbe-  
 scheiden, sondern sie alle und ieden insonderheit im Reich, laut  
 der güldnen Bull, auch wie des Heiligen Reichs Ordnung und Ge-  
 setze vermögen, bevorab auch bey der ersten ausdrücklichen In-  
 stantz verbleiben lassen.* Adeo nec extra imperium ra-  
 pere, nec avocare ab iudicibus ordinariis causas ad Ca-  
 meram, aulave iudicium hodie ausit imperator; nisi  
 certis quibusdam temporibus; de quibus infra dicen-  
 di commodior erit locus. Excitare tamen industriam,  
 & addere calcar Cameralibus non prohibetur. \* Sed  
 Aureae illius Bullae beneficio & EVOCANDI, quod illic  
 paullo illustrius redditur, & AVOCANDI, de quo nos agi-  
 mus, inesse interdictum, vel ipso hoc Imperatorum sa-  
 cramento docemur; quo, de non turbanda prima in-  
 stantia, ad aureae hujus bullae legem provocant: *Sondern  
 Sie alle und ieden insonderheit im Reich, laut der güldnen Bulle,  
 bevorab bey der ersten ausdrücklichen instantz verbleiben lassen.*  
 Nam & haec verba ibi legebantur: UT NULLI SUBIECTI AD  
 CUIUSCUNQUE ACTORIS INSTANTIAM, AD QUODCUNQUE  
 ALIUD TRIBUNAL VOCARI DEBEANT. Quae lex cum vio-  
 laretur aliquando haut raro ab Imperatoribus vel praefracte,

Gail. Lib.  
 l. obs. XLI.  
 n. VI.





fracte, vel quia obscurior visa, tandem capitulationi-  
bus inserta explicatius, ac repetita est. Atque hujus pri-  
vilegii tam latè patet ratio, ut cum ex quacunque causa  
alias vocati in jus ex aliena jurisdictione, \* etiam illi qui  
revocandi domum jus habent, aut munerum vacatio-  
ne utuntur, venire jubeantur, privilegia sua allegatu-  
ri; hinc nec ire in jus vocati, nec respondere necesse ha-  
beant; tuti aureæ Bullæ præsidio tit. XI. QUOD SI CON-  
TRA EDICTUM NOSTRUM, PREDICTOS ECCLESiarUM MOGUN-  
TINENSIS COLONIENSIS SEU TREVIRENSIS SUBDITOS, VEL EO-  
RUM ALIQVEM, SEU AD CUJUSCUNQVE INSTANTIAM, SEU AD CU-  
JUSCUNQVE TRIBUNAL, PRO QUACUNQVE CAUSSA CRIMINALI CI-  
VILI VEL MIXTA, SEU QUOCUNQVE NEGOCIO, EXTRA TERRITO-  
RIUM LIMITES SEU TERMINOS DICTARUM ECCLESiarUM, VEL  
ALICUJUS EARUM CITARI CONTINGERET, COMPARERE VEL RE-  
SPONDERE MINIME TENEANTUR, ET CITATIO PROCESSUS ET SEN-  
TENTIÆ, INTERLOCUTORIÆ VEL DEFINITIVÆ, CONTRA NON VENI-  
ENTES, A TALIBUS JUDICIBUS EXTRANEIS LATÆ VEL FACTÆ FI-  
ENDÆ ET FERENDÆ, NEC NON PRÆCEPTA ET PRÆMISSORUM  
EXSECUTIONES, AC OMNIA QUÆ EX IIS VEL ALIQUO EORUM,  
QUOMODO LIBET SEQUI ATTENTARI POSSENT VEL FIERI, IR-  
RITA DECERNIMUS EO IPSO. Itaque solis literis hi vocati  
excusantur Carpzovio de Lege Regia Germanorum c.  
IX. Sect. V. & VIII. Imò verò nec renunciari posse huic  
beneficio ab Electorum aut Principum subditis, vel ea  
caussa autumamus, quod de favore alieno hæc res agi-  
tur, & magnificentiæ principum interest, favoribus his  
non excidere contra voluntatem, \* facilitate aliena.  
Nec publicum jus privatorum pactis mutatur. \*

VII. Ne dum ab imperiali Camera Imperator  
moribus nostris avocat; postquam suffragio quodam  
mutuo Statuum, hanc Camera impertivit auctoritatem,  
& ad observandam eam se recepit pacto, quod violare

D 2

nefas

L. II. D. Si  
quis in jus  
vocat.

L. V. D. de  
judic.

L. VII. C.  
de Apell.

L. XXX. c.  
de pact.

L. xxxvii.  
de pact.



L.V.C. de  
Obl. & act.

nefas, ac ne recedere quidem inde alteris invitis licet. \* Pactum illud ab Ordinatione Camerae ita effertur: Anno cl. lo. ll. p. ll. Tit. XXXV. Nachdem die Keif. Majest. vermöge hiebevör aufgerichteten Rechtsordnung, sambt Churf. Fürsten und Stenden bewilliget und zugegeben, daß dem Kaiserlichen Kammergericht, unverhindert einiger restitution Supplicationen, Advocation oder anderer suspension und Aufschlag, sein freier starcker unverhinderter Lauf gelassen werde; ex Ordinatione Camerae Wormatiensi Anno cl. cccc. XCV. Ea enim fidei atque pactorum inter homines religio est, ut quamvis supra Legem excellat Imperator, contractibus

L.IV.C. de  
LL.

L.I.D. de  
pactis.

tamen ultro \* se submittat naturali jure \*. Quo ipsa promissio humani generis quasi vinculum est. Eustathius ad Lib. II. Iliados Homeri: ἀλίσκει γάρ πως καὶ κατέχῃ τὸν ὑποχόμενον ὁ τιμὴ ἐπαγγελίαν δεξάμενος. Capit enim ac vincit quodammodo promissorem is cui sit promissio. Nec ulla res magis decet majestatem, quam fidei atque pactorum custodita religio. Symmachus Lib. X. Ep. IX. Nusquam enim major spes est, quam in bonorum principum sponse.

Berlich.  
Decision.  
CLVIII.

VIII. Quæ cum ita sint, mirum profecto, ecquid venerit in mentem Clarissimo Eruditissimoq; Virorum, ut pro vindicanda libertate avocandi à Camera imperatoria, aliquando responderit \*. Nos summa argumentorum ejus vestigia sequemur. Ita Lex, ait, LVIII. D. de Judiciis est: judicium solvitur vetante eo, qui judicare possit, vel maius imperium in eadem iurisdictione habeat; non delegatâ sed ordinariâ; adeo ut superior aliquis veluti imperator, quamcunq; causam ab inferiore iudice quocunq;, quodocunq; visum, libere avocet. Quamquam enim iurisdictione Camerae à communi imperii Statuum ac imperatoris nutu dependeat, nunquam tamen

men





272 495  
men imperator avocandi ius abstinuit. Siquidem cum-  
mulativè saltem, non privativè concessa videtur juris-  
dictio, quoties ambigitur. Jam & cum quolibet subdi-  
torum iuredicundo concurrat Imperator. Et à Con-  
cessionibus, Constitutionibus, Confirmationibus, per-  
petuo autoritas maioris excepta statuitur. Iudicium au-  
tem Camerae non in partem maiestatis, sed curarum vo-  
catum tanquam socii. Itaque repertum in favorem Impe-  
ratoris, non retorquendum in odium\*. De cetero iu-  
dicium Camerale imperatorium audit, mandataque om-  
nia nomine ac sigillo imperatorio dat, promulgat.  
Quale qui solet, avocantem superiorem iure patitur.  
Tum maximè, cum jurisdictionem restrictà saltem ac di-  
stributivam acceperit; quàm ipse autor rectè fungatur, cu-  
ius auspicio ac numine dati iudices iudicium fecerint.  
Quod Camerae solenne est. Accedit: Marchio intra  
Marchiam ab his quos dedit; Rex Franciæ à Parlamento  
Parisiensi avocatur; quanto magis avocare liceat Impera-  
tori, Regibus ac Principibus omnibus maiori aut pari.  
Nisi tandem falsa Bodini pro veris amplectimur. Tan-  
tum vero abest, Refutantium hic nobis sumere partes; ut  
sola potius pietate sedeamus defixi, & tanti viri manes ac  
tot erudita Librorum ejus pignora veneremur. Limnae-  
um tamen interim opponimus; quicum de veritate con-  
tendat. Atqui sic ille: Lib. IX. c. II. n. LXXII. Tom. III. Prin-  
cipio, ex Ordinatione Camerae, non iure Justiniano diju-  
dicanda hæc controversia: illa autem avocationi pror-  
sus interdicit, & imperatori ne quaeratur annuat, & Stati-  
bus ne quaerant. Clara ac testatissima utraq; res ex Ordi-  
natione Camerae Wormatiensi anno d. 15. XXI. *Daß un-  
serm Keiserlichen Kammergericht sein freier starcker Lauf gelaf-  
sen;*

L. VI. C. de  
Legib. L.  
XXV. D.  
de LL.



sen; Dawieder nichts eingebracht oder erlanget werden sol.  
 Deinde, lex LVIII. D. de judiciis, non habet; iudicium solvi  
 vetante eo qui POSSIT iudicare; sed qui Jussit. quod de-  
 legatæ utiq; non ordinariæ jurisdictionis est. At impe-  
 rator iudicare cameram non iussit; certe non iussit solus.  
 nec ideo maius in eadem jurisdictione imperium habet.  
 Autoritatibus autem pugnare in re manifesta, cui nun-  
 cium remisserit imperator, prope veri iniuria fuerit.  
 Abdicatio avocationis illius talis est, Ordin. Cam. Wor-  
 mat. A. cl. l. XXI. An. cl. l. LI. tit. XXXV. & An. cl. cccc.  
 XCV. Diweil hie bevor in der Reichsordnung versehen, wir unß  
 auch sambt den Ständen sambtlich bewilliget und zugeben; daß  
 das Cammergericht sol seinen gestraken lauf haben, unverhindert  
 einiger Restitution, Supplication, Advocacion. Fac eti-  
 am, cumulative saltem datam Camerae jurisdictionem;  
 cumulationis istius effectus non avocatio, sed sola erit  
 præventio. Quod si vero concurrat in dicendo iure  
 imperator cum quolibet subditorum; vel concurrente  
 avocationem impedit; quia & inter concurrentes, ubi  
 acceptum est semel iudicium, ibi & finem accipere debet.

L. XXX. \*Quamquam nec proprie concurrat hodie imperator,  
 D. de jud. ex quo hæreditario iure terras suas possident Principes,  
 regalia & iurisdictiones aut investiturâ aut præscriptio-  
 ne privativè nacti. Hinc Ordinatio Camerae Worma-  
 tiensis Anno cl. cccc. XCV. Ein ieder sol sein Unterthanen,  
 in seinen ordentlichen Gerichten, Rechten, und Obrigkeit, bleiben  
 lassen und halten. Tum ab hac Constitutione excludere  
 imperatorem non licet, cui ipse se subdidit pacto, quam-  
 que sibi maxime ipse tulit, ac numerosissimam sibi ob-  
 stringendi imputandiq; materiam eripuit. Nec unquam  
 cum Cameralibus contraxit imperator aut societatem  
 iniiit



172  
447  
iniit muneris; ut queat verti in odium, quod eidem placuit; sed cum suo nomine administrandam hanc ipsis committeret provinciam, Avocationum iura remisit. Igitur nec Marchio avocatur; cum avocandi licentiam abdicat: & Franciæ Rex avocatur; quia avocandi ius sibi tantum indulget, sibi servat.

IX. Contra ea, nec ipsi Principes protractos forte in ius subditos à Camera avocant; muniti quamlibet exemptionis suorum privilegio, cuius aliquam paulo ante mentionem iniecimus. Nam & imperio Camera omnes parent, & avocatio nulla est, nisi quæ à splendore superioris procedat. Par enim in parem & minor in majorem nullum habet imperium\* Huc pertinet illud C. Taciti. VI. Ann. c. VIII. n. V. *Non est nostrum estimare quem supra ceteros & quibus de causis extollas. Tibi summum rerum iudicium Dii dederunt; nobis obsequii gloria relicta est.* Et illud Valentiniani apud Sozom. Eccl. Hist. Lib. XIV. *Ut me ad imperandum vobis eligeretis in vestrum situm erat potestate; at postquam me elegistis, quod petitis in meo est arbitrio, non vestro. Vobis tanquam subditis competit parere, mihi quæ facienda sunt cogitare.* Quare si credimus Gailio Lib. I. observat. XLI. n. VII. sola declinatoria exceptione, qua propria sibi tueantur iura illi, suos inde à Camera extrahent.

X. Quanquam autem principes, intra imperia sua, hanc avocandi maiestatem exercent pleno iure; veremur tamen dicere unum id posse, causam pendente apud dicasterium quoddam omnium commune, ceteris invitis aut ignorantibus. Nam ut prohibentium plerumque præstant iura; \* ita jurisdictio communis omnibus, ab uno solo sollicitari nequit; cum quidem ipse iudicare haut solus iusserat. Est, qui carceres quoque ac metas fi-

c. XVI. X.  
de Major.  
& obed.

L. I. §. VII.  
D. de Nov.  
Op. Nunc.

xii



xit Saxonix Electori, quasi nec ille avocet liberè, nisi à præfectis & oppidanis magistratibus; à Curiiis tum de-  
 mum, cum lites malitiose protrahant: Secus, avocatio-  
 ni Curiarum renunciaverit pacto Ordinationis Curia  
 supremæ Anno cl. 15. XLIX. Tit. *Daß dem Oberhofge-  
 richt der Persohnen halben sein starcker lauf sol gelassen werden.*  
 Et Ordinationis Appellationum Christiani II. tit. *Wer  
 vor unser Appellation Gericht geladen s. und weil von dannen  
 weiter nicht appelliret werden kan. vers. Daß es ebe denn sie am  
 Hoffgericht zu recht anhengig.* Tum quia & cum iudicio  
 Curiali concurrentem habeat jurisdictionem; & inter  
 eos præventio obtineat. Sed aut fallimur nos, aut ali-  
 ter introductæ leges suadent. Prior illa Ordinationis  
 Curia supremæ, non avocandi jus ac libertatem, sed ab-  
 usus saltem incidit; Nec causarum, sed personarum  
 avocatoria irrita tunc ait futura, si qui subsint jurisdic-  
 ctioni illius Curia, vocati in jus ire nolint, ac mandatis  
 extraordinariis se inde expedire tentent. Verba ita so-  
 nant: *So denn derselbigen alten Ordnung bis anhero viel schäd-  
 liche Mißbräuche zugewachsen und sonderlich auch, daß sich Ih-  
 rer viel, so nach vermöge dieser Ordnung vor diesem Gerichte zu-  
 stehen schuldig, zu ihrem vortheil unterstanden, durch beibefeh-  
 lich, so sie ausbracht, aller Ibhrenthalben beschehen, daran abzu-  
 wircken; So ihun wir diese und alle andere Mißbräuche, so wie-  
 der dieselbige Ordnung dieser gleichförmig eingeführet, hiermit  
 ernstlich abschaffen, und wollen daß Hoffrichter und Beysitzer sol-  
 cher Beybefehlich, ob die förder durch ungestüm anhalten, oder  
 sonst erlanget, oder ausgehen würden, ungeachtet, den Partei-  
 en wieder alle die so diesem Gerichte, wie oben, ordentlich unter-  
 worffen, gleichmäßige unparteiische Gerechtigkeit unweigerlich  
 mittheilen.* Unde Titulus: *daß dem Oberhofgericht der Per-  
 sohnen halben sein starcker Lauf sol gelassen werden.* Adde  
 quod



12  
quod supremam tantum Lipsiensem Curiam lex illa or-  
dinat; Neque enim quidquam ejus Ordinatio Wite-  
bergenfis habet, ac ideo vel hoc pacto à reliqua adhuc  
Curia ad generalitatis observantiam pertinenti,\* libere  
Electo avocaret. Postea tamen idem beneficium ad  
utrasque laudata Appellationum Ordinatio porrexit. *Desgleichen weil ohne daß in unsern Landen zwey unterschied-  
liche Hoffgerichte geordnet. Sed nec illa quidquam vetu-  
it aliud, nisi facilitatem avocandi, qua ordinarii pro-  
cessus præter rei meritum cohibeantur. Verba sunt:  
Desgleichen, daß es ehe dann sie am Hoffgericht zu recht anhen-  
gig gemacht worden geschehe, damit also demselben hierdurch kein  
einhalt gethan werde, sondern dem ordentlichen Proceß sein ge-  
bührender Lauf gelassen werde.* Quod si tam severa ac ju-  
sta tantique momenti urgeat causa, quæ ordinario in-  
tercedat processui, avocationem non solum non negant  
hæc, sed & antegressa generalia ubivis locorum ac ultro  
promittunt: *Oder aber Wir oder unsere zur Regierung verord-  
nete Råthe befinden andere erhebliche und bewegliche Ursachen,  
warumb die Sachen billicher ohne Mittel vor uns als an andern  
Orthen entscheiden werden sollen.* Quas causas quia suo  
tantum permisit arbitrio Elector, nec nostrum scrutari  
est, & ipse hoc suo quoque silentio liberius sibi avocan-  
di jus constituit. Eoque haut raro avocat\*. Nec con-  
currentia illa avocationem debilitat; quandoquidem  
non plena & omnimoda, sed specialis duntaxat con-  
stricta & distributiva concessa est jurisdictio. Nam ap-  
pellatio à Curia adhuc durat. *Oberhofgerichts Ordnung  
Anno 1510. XLIX. tit. Wann und wie Leuterung und Ap-  
pellation stat haben.* Qua distinctiuncula cum ipse eo-  
rum eliserit tela, qui Cæsaream avocandi potestatem op-

L. III. C. de  
LL.

Carpz. lib.  
II. Resp.  
XX.

E

pu



450 51 12  
Berlich. pugnauerant.\* Haut feret agrè, si nos quoque propriis,  
Decision. adversus illum, armis experiamur. Quis enim asperna-  
CLVIII. bitur idem jus sibi dici, quod ipse aliis dixit.\*

n. XXIX. XI. Jure Magistratus apud nos avocant, qui Sta-  
Leg. I. D. tus quidem imperii non sunt, aut jura majestatis alicu-  
Quod bi non exercent cum Status sint, plenâ tamen jurisdic-  
quisq; ju rione oppida aut pagos gubernant, Mediani Comites,  
ris. Barones, Nobiles, oppidani Magistratus, ab his quos  
ipsi constituunt iudices ac Schultefios; aut quibus suas  
aliquando demandant vices; aut cum privilegii jure  
adversus opificum quorundam collegia hac potestate  
grassantur. Tantum enim quisque avocat, quantum  
aut sua sponte mandavit, aut beneficio Principis possi-

arg. L. VI. det.\* Recte Covarruvias pract. quæst. tom. II. c. IX. n.

§. I. D. de IV. Id apud regia tribunalia est adeo receptum, ut passim avoca-  
Off. Pro- tiones istæ literis sub sigillo Regis decretis omnino prohibeantur, ni-  
conf. si quibusdam in locis, quorum jurisdictio militaribus ordinibus divi  
Jacobi, Calatrave & Alcantare competit; in his etenim certis olim  
definitis casibus avocatio permessa est. Quod si Dux Marchio  
vel Comes, aut is qui jurisdictionem habet in oppido, causam avo-  
care velit ab eo iudice, quem ipse solus & liberè constituit, cuique  
jurisdictionem propriam commisit in eo exercendam oppido, id po-  
terit facere libenter absque ulla subditorum & iudicis injuria.

Cætera tenet Regula Senecæ Lib. II. de Beneficiis c. XVIII.

Si vis scire an velim, effice ut possim nolle. Nam qui avoca-  
tionem nolle non potest, idem nec velle potest. Itaque

Nov. XV. Defensores civitatum ob ordinariis\* iudicibus, aut or-  
c. II. dinarius ab alio quodam ordinario, aut Episcopus ab  
Archidiacono vel Prælato vel Plebano; aut Archiepi-

c. III. X. de scopus Metropolitanus ab Episcopo suffraganeo ejus  
Appel. in nunquam avocant; \* quia aut iudicem illi neminem  
Vito.

ho-



17  
horum, aut non soli suo arbitrio faciunt, aut juredicundo concurrunt.

CAPUT IV.  
Quæ causæ & quibus ex causis  
avocentur?

I. Omnes causæ avocari possunt nisi prohibeantur.

II. Imperator causas à delegatis suis jure avocatur.

III. Etiam à vicariis imperii causas avocatur.

IV. Imperator non avocatur à commissariis Camera.

V. Nec Imperator, nec Camera avocatur violatores pacis alibi accusatos.

VI. Causæ feudales non avocantur.

VII. Causæ ab ordinariis iudicibus non avocantur regulariter.

VIII. Causa avocandi semper justa præsumitur.

IX. Quid sit causa justa avocandi.

X. Quæ sint causæ justæ avocandi.

XI. Cautio magistratus in avocando.

Causas Avocationum dehinc contemplaturis, non tam quæ pateant avocantibus, quam quæ non pateant, dispiciendum. Nam cum solvatur omne iudicium verante eo qui jus sit judicare, \* omnes omnino ecclesiasticæ simul & civiles, mixti merive imperii causæ avocari aliquando merentur, nisi retineantur pactis, aut suo iure quiescant. Quanquam enim capituli causam dicentibus provocare non detur moribus Germaniæ; simplici tamen querelæ, atque adeo avocationi nullibi aditum præclusum legimus. Quod autem non mutatur, cur stare prohibeatur. \* cum quod contra rationem iuris

L. LVIII.  
D. de jud.

L. XXVII.  
C. de Test.



952  
L. XIV. D. receptum, non producendum ad consequentias. \* Funda-  
de LL. damentum Juvenalis ostendat. Sat. VI.

*Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa est.*

Et Seneca Lib. II. de Ira c. XXIX. *Utrique parti dares advoca-  
tionem, dares tempus, nec semel audires; magis enim veritas elucet,  
quo sepius ad manum venit.* Hinc Anaxandridas interroga-  
gatus, ecur, cum de vita anquiratur in iudicio, causa à  
Senioribus complures dies disceptetur, & qui absolvitur  
nihilominus reus maneat, respondit apud Plutarchum  
in Laconicis Apophthegmat. *πολλὰς μὲν ἡμέρας κρίσιν,  
ἐν ᾧ τῆς θανάτου τοῖς ἀμαρτάνουσιν ὅτι ἐστὶ μεταβλητέου νό-  
μου ἢ ἰσοδικον δεήσει εἶναι, ὅτι καὶ τῶν τῶν νόμον αὐτὸν δεῖ καὶ τὸ  
κρίσιν εὐλαβεῖσθαι.* Plures dies iudicio impendi, quod in iudica-  
tu error correctionem non admittat, interim legibus teneri, quia  
hac lege permisum sit rectius aliquid de eo discernere. De AVO-  
catione autem causarum consistorialium vel inter  
principes quoque imperii, ne quidem dubitandum am-  
plius; cum & hanc publica Ordinatione Politica ad-  
struxerit sibi Augustus Elector Saxoniae Anno. clj. lo. LV.  
Tit. *Daß niemand unversucht der ordentlichen gericht, vor wel-  
che die sache gehörig, ohne mittel, klage an unsern Hoff gelangen  
lasse.* Verba sunt. *vers. Oder aber vor unser Consistoria  
§ und da wier daraus befinden, daß er seines klagens befugt, so  
wollen wier darauf gebührlich einsehen und beschaffung zuthun  
wissen.* Quam etiam repetiit Appellationum Ordinatione  
Christianus II. Elector Saxoniae Tit. *wer vor unser Appel-  
lation gericht geladen.* Verba eadem sunt: *oder aber vor unsere  
Consistoria; es were den das wier oder aber unsere zur Regierung  
Verordnete befinden andere erhebliche und bewegliche uhrsachen,  
warumb die Sassen billicher ohne Mittel vor uns, als an andern  
Orthen entscheiden werden solten.*

II. Sed



112  
453  
II. Sed ut delegatis maxime causis avocatio imperat quasi necessario, quod illæ mandantur præcipue ac iudicari iubentur; \* ita in his quoque majestatem avocandi liberè usurpat imperator: seu exterorum Regum ac Principum, seu suorum mixti merive imperii causas delegaverit\*. Tradit memoria Reufnerus Lib. II. Conf. VI. Pendente aliquando inter Principem Imperii & Regem exterum longa & diuturna controversia, de petitione hæreditatis & dotis materteræ suæ; cum post multos labores res inter eos amicabiliter componi nullo modo potuerit; tandem eo perventum esse, ut Sacra Cæsarea Majestas, Rege postulante, causam hanc cognoscendam ac dijudicandam committeret Principi cuidam Imperii Electori: à quo ea rursus subdelegata fuerit primariis quibusdam consiliariis; Principem verò Reum conventum apud hos iudices ab actore Rege, se minime teneri foro isthoc objecisse, quod privilegio imperatorio de non avocando gaudeat: Sed merito, ait ille, postquam inter disceptantes convenit de arbitrio Cæsaris, delegatio argui nequit, & avocatio causæ illius à foro inferiori ad superius tribunal jure facta intelligitur; Ex quo ius sibi atq; imperium imperator, in eadem causæ jurisdictione, delegando quæsivit. Tale & ab Austregis Principum avocandi cæsari ius est, ex Ordinatione Cameræ p. II. tit. V. Vers. Zum dritten &c. oder vvo ihm dasselbig nicht annemblich vvere, einen unpartheischen Commissarien von der Keyserlichen Mayestat, oder ihrer Lieb und Keyf. Mayst. abwesens aus dem Reich, von uns als Romischen Konigerlangen, vor demselbigen nach ietziger obberührter Ordnung, wie Churfürsten, Fürsten und Fürstmaessigen, beklagt und gerechtfertiget vverden sollen, aufgericht, gehandelt vverden. & tit. IV. Zum vierten, vwie vvol ihnen solches den Churfürsten  
E und

L. LVIII.  
D. de jud.

arg. L. I. C.  
de Prec.  
Imp. off.  
L. III. §. II.  
C. ubi Senat. vel.



494

Mindanus  
Lib. I. c. IX.  
de Proc.

und Fürsten, auch für beschwerlich geacht, so soll der klagenden Parthey erlaubt seyn, einen unpartheyischen Commissarien, der zum wenigsten eines hohen Prälaten Standes, oder ein Graf sey, von der Keyserlichen Majestät, wo ihre Lieb und Keyserliche Majestät im Reich seyn würden, oder in dero Abwesen, uns als Römischen König zuerlangen, vor welchen, laut obgemeldeter Ordnung, gehandelt solvverden. Nam cum ad Austregarum curiam, ipsorum reorum collegæ aut Consiliani vocentur Judices, tantum interest reipublice, integre ac incorrupte eos versari, ut ne quid cōtingat sequius, avocationum adhuc auxilia implorari sinat, & ipso iure destinet; sive civiles illæ sive criminales extiterint causæ. Nam pleraq, omnes Principum lites aestimantur Austregis, \* quas nulla corporis pœna sequitur. Verba Ordinationis Camerae p. II. tit. IV. sic habent: So Prälaten, Grafen, Herren, die von Adel oder Städte einen Churfürsten, Fürsten, oder Fürstmesigen geistlichen oder vveltlichen mit Recht vvolten beklagen, vvarum oder aus vvas ursachen das vvehre. Restringit tamen propositiones tit. XXVIII. Es sol nicht allein von den Urtheilen, durch die ordentliche Untergerichte dem Keyserlichen Cammergericht ohne mittel untervvorffen ausgesprochen, sondern auch in den Rechtsfertigungen so gegen Churfürsten, Fürsten, fürstmesigen Prälaten, Grafen, Herren und Ritterschaften, durch andere oder unter ihnen selbst vorgenommen und geübt, einen ieden theil, der sich mit gesprochenen urtheilen beschwert befind, an das Keyf. Cammergericht zu appelliren zugelassen sein. Item nachdem auch den alten herbrachten gebrauch im H. Reich zu vvieder, das in peinlichen sachen appellation zugelassen vverden sollen, ordnen und vvollen vvier, das hinfurter in peinlichen sachen die Leibes straf auf ihnen tragen, am keiserlichen Cammergericht keine appellation angenommen. Qui locus cum omnes causas, quarum appellatio camerae est, subjiciat Austregarum Judici- cio; ac solas capitales quas aliqua corporis pœna manet,





51 12  
355  
net, tantum excipiat; reliquas immunes à corporis pœ-  
na, hoc ipso argumento & Appellationi Camera & Au-  
stregarum fidei commisit; Adeò enim quod ajunt No-  
stri, in casibus non exceptis exceptio regulam firmat.

III. Non exoptulabimus nunc cum illis Auto-  
ribus, qui negant vicarios imperii de Feudis Regalibus,  
& delictis Principum cognoscere, quæ solo luuntur  
supplicio: Loquatur ipsa aurea Bulla, an temere omnia  
judicia vicariis dederit, quæ nihil præter investituram  
ac collationem Regalium feudorum ademit. Verba  
sunt Aureæ Bullæ tit. V. QUOTIES VACARE CONTINGIT IM-  
PERIUM, COMES PALATINUS DEBET ESSE PROVVISOR IMPERII  
CUM POTESTATE JUDICIA EXERCENDI, INVESTIENDI DE FEUDIS,  
FEUDIS PRINCIPUM TANTUM EXCEPTIS, ET ILLIS QUÆ FAHNLEHN  
VULGARITER APPELLANTUR, QUORUM INVESTITURAM ET COLLA-  
TIONEM SOLI IMPERATORI VEL REGI ROMANORUM SPECIALITER  
RESERVAMUS. At de non exceptis judicatur ex præscripto  
ac regula. Quo vel ipsa necessitate adducimur, ut cre-  
damus una cum cæteris imperii insignibus, pendentem  
hujusmodi litem apud vicarios, nec dum definitam,  
novo supervenienti imperatori jure avocandi trans-  
mitti, ac transire; quod has partes præsentis illi ac poti-  
to rerum, proprias esse voluerit Respublica. De feudis  
illis ita Ordinatio Camerae p. II. tit. VII. *Ob auch sachen  
fürfehlen, Fürstenthum, Hertzogthum, Graffschaft belangende,  
so vom Reich zu Lehn rühren, so einem theil gantzlich und endlich  
abgesprochen werden sollen, derselbigen erkändnis wollen wir der  
Keyserlichen Mayestat, oder Ihrer Lieb, und Keyserliche Maye-  
stat abwesens, uns als Römischen König hierein, doch sonst in an-  
dern sachen dieser Ordnung unabbrüchig, vorbehalten haben.*  
De vitâ Principum Constitutio Friderici II. c. XXIV. ita:  
*Wier setzen auch, daß des Reichshof habe enen Hofrichter, der  
ein*

arg. Leg.  
VIII. D. de  
his qui sui.



450  
51 12  
ein fryer Mann sy, der auch an dem Ampt zum mynsten ein Jahr  
blieben, ob er sich recht und vvol behelt, der sol alle Tage zum Ge-  
richt sitzen abn den Sontag, und dy heiligen Tagen, und sol die Lude  
richten, die ihm klagent, von allen Luden, ohne Fürsten, und  
ander Hochlude, wo es geet an yr Libe, oder an yr Recht, oder an  
yre Erbe, oder an yre ehre, daß wollen wir selber richten. Di-  
versa ab his Augustum Mecenas monet apud Dionem  
Cassium Libr. LIII. Τρίτην αὖ τῆς τῆ βεβλάταις τῆς κε τῆς  
γεροσίας καὶ τῆς παιδας, τῆς τε γυναικας αὐτῶν, αὐ ποτέ τινα  
αίτια βαρυτέραν, ὡσε τὸν ἐλόντα σφῶν ἀπμίας, ἢ Φυλιῶ ἢ  
καὶ θάνατον ὀφείλην, λάβωσιν, ὑπὸ τε βεβλάτηρον ὑπάτης,  
μηδὲν προκαταγῆς, καὶ ἐκείνη πᾶσαν τιμὴν αὐτῆ Δραψή-  
φισιν ἀκέραιον ἑπιτρέπης· ἵνα οἱ τε ἀδικῶντες τε ἐν πᾶσι τῆς ὀ-  
μοτίμοις ἐλεγχόμενοι κολλάζωνται χωρὶς τῆ σῆ φθόνου, καὶ οἱ  
ἄλλοι τᾶνδ' ὀρῶντες βελτίους γίνωνται φόβῳ τῆ μη καὶ αὐτοὶ  
ἐκδημοσιῶσιν &c. Tertium est, inquit, ut Senatores liberos-  
que & mulieres eorum, si quod crimen perpetraverint, ignominia  
exilio aut etiam morte plebendum, nullo facto praedicio in curi-  
am adducas, integramq; de causa cognitionem Senatui permittas;  
ut & fontes citra tuam invidiam, rei coram sua sortis hominibus per-  
acti plebentur, reliquisq; metu publici iudicii meliores evadant. Sed  
haec rapientibus imperium utilia, invidiam solam mi-  
nuunt; illa & lectis rerum dominis majestatem augent,  
& invidiam partiuntur, adscitis maxime, quos par est,  
in consilium Curiae paribus.

Limn. Lib.  
II. cap. IX.  
n. XXXII.

L. I. Quis  
à quo app.  
L. LVI. X.  
de Appell.  
L. LVIII.  
D. de jud.

IV. Igitur ut à suis audacter ac liberè Impera-  
tor, sic à delegatis Camerae Commissariis nunquam a-  
vocat. Non solum, quod sacratissima lege dicitur, cum  
appellari oportere, \* qui dedit iudicem; cum in multis  
appellationum materiam imitetur avocatio, quam li-  
bet augustior \*: sed quod avocandi jura ex se compe-  
tunt illi, qui iudicare jusserrat. \* Neque hic morari fa-  
ta litium Camerae, aut manum injicere jurisdictioni ejus  
con-



50 22  
457  
convenit. Ea auctoritas ac disciplina Ordinationi  
Camerae est Wormatiæ. Anno cio. io. XXI. *Dasß dem  
Cammergericht sein freyer starcker Lauf gelassen werde.* Nam  
si dato iudice, quod ait Martianus, \* à magistratibus po-  
puli Romani cujuscunque ordinis; etiamsi ex auctori-  
tate principis, licet nominatim iudicem declarantis,  
dederint; ipsi tamen magistratus appellabantur: utiq;  
& avocabant iidem jure, quod iudicem ipsi constitue-  
bant.

L. III. D.  
quis à quo  
app.

V. Quanquam autem & Imperator & Camera,  
de violatoribus Pacis publicæ adeo cognoscant soli; ut  
quoties imperii principes delatum illud, aut comper-  
tum crimen vindicare ingrediantur, bannum imperia-  
le decernant saltem non exsequantur; ac ideo illuc jure  
remittant cautius. \* nunquam tamen ab his avocant,  
ipsa illa principum præventionem exclusi. Ita enim vel  
coram Imperatore aut Camera vel apud imperii princi-  
pes reum peragere licet Accusatoribus, ut memine-  
rint, alterutro electo ius revocandi forum in ea causa non  
habere, quasi præventi. \* Testis est Constitutio pacis  
publicæ Wormatiæ Anno. clo. io. XXI. Tit. *Ob iemand  
des friedbrechers heimlichen Zuschubs verdacht were. S. Und  
nachdem bei den allen. Verba sunt: darumb so haben wir geord-  
net und gesetzt, ordnē und setzen auch hiermit ernstlich und wollē,  
welcher hinfubro in obgeschriebenen, und dergleichen fällen, von  
iemand wer der wehre, beschuldigt wird, daß der Kläger oder be-  
schuldiger macht auch recht haben sol, den verdachten, seine zu-  
schüßer, Enthalter und andere, so sich solcher Thaten theilhaftig  
und verwircklich machen, an des verdachten ordentlichen ge-  
richt, oder bei Stadhalter und Regiment unverhindert furzuneh-  
men. Doch das er dem Richter, so er wie obsteht erwehlt, Arti-  
ckels weis zuerkennen gebe, auß vvas ursachen Er den beschuldig-*

arg. L. VI.  
pr. D. de  
off. Proc.  
Coler. de-  
cis. CVIII.  
n. LVIII  
p. I.  
L. VII. D.  
de judic.

F

ten



ten in verdacht habe. Et Ordinatio Camerae p. II. tit. X. §. Und sol auch einen ieden der den andern nit allein, das Er der that oder vorschubs vwie obgemelt verdecktig, sondern auch das Er derselben schuldig were, beklagen, und ihn des überweisen vvolte, vorbehalten sein, solches vor dem Keyserlichen Cammergericht oder andern ordentlichen Gerichten, dahin solche sachen gehören, zu thun und vorzunehmen, daselbst ihm auch forderlich verholffen werden soll.

VI. Causæ Feudales quarum cognitio ad Feudum dominum spectat, avocari ab eminentiori non solent.\*  
*de judic.* Nam & ex contractu illa nascitur jurisdictio feudorum domini, suo beneficio parientis sibi arbitrium; cui ita constat ratio, ut maiori nihil in illud liceat; \*ne vel Feudi domino detrahat ius quæsitum,\* aut in eos porrigat manus, quos ipse dejicere sedibus & amovere suo arbitrato nequeat. Et ipse Feudi dominus respectu cæterorum Vasallorum jurisdictionem possidet private concessam; Cui se intromittendi regulariter nulla superiori datur copia. nisi fortè vel consuetudo aliter jubeat & privilegium,\* vel reddere jus extremè recuset Feudi dominus; \*itaq; aut vecordi pertinacia protrahat litem partium studio, donec exhaustis viribus deficiat Vasallus miser, aut intervertat iudicium ac deneget. Hanc enim indignitatem principes, qui, ut ait Ludovicus Rodolphinus Sabloneta,\* supereminenti potestate omnia potest, non feret æquo animo; quin ad se avocet causam tanti ratus, & elusum hæctenus impleat officium. Quâ re supplicatione oblata & ab Electoribus imperator avocet.\* Usq; adeo nihil indulgendum malitiis; \* quas & ab iis exigere, qui funguntur honoribus, reipublicæ salus postulat. Tum vero eum, qui ipse contractus fidem  
 haut

*arg. Lib. II  
 feud. tit. C.  
 L. II. D. de  
 bis qui sui*

*c. XIII. X.  
 de judic.  
 c. XI. X. de  
 For. comp.*

*De Absol.  
 potestat.  
 prin. c. II.*

*Gail. lib. I.  
 obs. CLIII.  
 n. IV.  
 L. xxxviii.  
 D. de R. V.*



haut præstitit, & dum invocat legem contra legem comit- L. xxxvii.  
tit, \*nec lege tueri, nec fide contractus dignari oportet. D. de Mi-  
nor.

VII. Sic ab ordinariis quibusq; magistratibus  
causæ non avocantur regulariter. Ne detrimentum  
capiat à majori minorum jurisdictione, si nulla suâ culpa  
nunc huc nunc illuc rapiatur, nec possit unquam ab-  
solvere cœptum iure suo iudicium; cum imperatorum  
potius ac Principum sit, prolapsos rei publicæ instaura-  
re ordines, non confundere. Quod immutatis ex Pla-  
tone eleganter Constantino suo laudat Themistius Orat.  
I. Grat. act. his verbis: ὅτι βαλεθεὶς ὁ τῆς γῆς βασιλεὺς ἀ-  
γαθὰ μὲν πάντα, φλαῦρον δὲ μηδὲν εἶναι κτ' δυνάμειν, ἔπειθ' ἠ-  
πὸ φλαβῶν βασιλείαν ἔχ' ἡσυχίαν ἀγροῦν ἀλλὰ κινεῖσθαι  
πλημελῶς καὶ ἀτάκτως εἰς τῶν ἡγαγῶν ἐκ τῆς ἀταξίας. Cum  
constituisset Imperator universi, bonis omnibus replere mundum,  
mali nihil admiscere quantum natura pateretur; quicquid erat  
in imperio quod assumpsit non tranquillum, sed quod immoderate  
& inordinate fluctuaret, id ex inordinato statu in ordinem addu-  
xit. Atq; ideo solâ appellatione ab his adeundus est su-  
perior; \* nisi vel paulo ante memoratæ, vel aliæ causæ  
justæ avocationem suadeant.

L. IV. C. de  
jurisd. om.  
jud.

VIII. Causæ autem illæ ex quibus omnis con-  
tingit avocatio, vel justæ existunt perpetuo, vel justæ ha-  
bentur. Quia, ut ait Gigas, *hujusmodi avocatio est majoris  
potentia quam sit appellatio; pendet enim effectus appellationis à  
jure videlicet an sit justa vel injusta.* Sed hujusmodi avocatio  
semper præsumitur justa, ex quo facta reperitur. Tantam in-  
tegritatem in avocante iudice præsumit justitia; ut quia  
ipse avocationi fecerit locum, eo incorruptius credat  
acturum in iudiciis, quo propius ad secretiora mi-  
nisteria sua accedat. Sacrilegii enim instar habet, su-  
per quibuscunque administrationibus, divinis obviare



460

5312

L.V.C. de  
div. Rescr.  
Lib. III.  
Offic.

beneficiis\*. Equidem omnibus iudicibus hanc inculcamus disciplinam Tullii, \* ut semper verum in caussis sequantur; sed ita sumus mortales, saepe impediti affectibus avertimur aliò, nec cernimus verum ubique; in levioribus maximè dediti, terræ viciniores. Contra ea magis enituntur ex illo rerum turbine, quos ad altiora dignitas ipsa evexit. Nam & pudor & verecundia imperii eos coërcet ab iniquo, & fastigium ipsum ad virtutem erigit. Sed ceteros tamen sola lex retinet, imperatores vero ac principes etiam conscientia. Quam cum jure meritoque aliquando implorant subditi, tum ipsi quoque iudices respiciunt continuo, quasi divinum inde simplicis veri petituri oraculum. Unde natum Aegyptiis ænigma, quod Horapollo retulit Libr. I. c. XL. Hieroglyphic. Ἀρχὴ ἢ ἡ δικαστῶν ἐπὶ γράφοσι περιθεῖσσι τῶ κυνὶ καὶ βασιλικῶ σολῶ πρὸς ἀμφιγύλιον χῆμα γυμνόν διότι ὡσπερ ὁ κύων, καθάπερ περιείπων, εἰς τὰ τῶν θεῶν εἶδωλα ὄξυωπεῖ ἔτω καὶ ὁ ἄρχων δικαστῆς ὢν ἐν τοῖς παλαιοτέροις χερόνοισι, γυμνὸν ἐθεώρη τὸν βασιλέα. Magistratum aut iudicem cum designant, appingunt canis & regiam vestem, nuda figura appositam; propterea, quod ut canis, quemadmodum supra dixi, in Deorum simulacra acutissimis intuetur oculis; sic & magistratus qui & iudex erat, vetustioribus temporibus, nudum regem spectabat.

IX. Caussas illas *περοφάσις* dicimus, non eas quas prætextus inanes nuncupant vulgò; sed apparentes maxime ac manifestas, licet prætextibus conjunctas. Quomodo Hippocrates frequenter ea voce utitur: ut Lib. II. de Natur. Homin. καὶ τὴν θεραπεῖαν χερὴ ποιέειν, ἐναλιέμερον τῇ περοφάσῃ τῆς νόσου. Et Lib. II. Aphorism. οἱ ἐκλυόμενοι πολλὰίτις καὶ ἰχυρῶς ἀπὸ φανερῆς περοφάσεως, ἐξ-απίνης τελευτῶσιν. Ubi *περοφασιν* in Hippomnematis Galenus interpretatur φανερὰν αἰτίαν; ac talem tamen cui præ-





12

prætextus quidam aut signum aliquod cohæreat; ita enim ille, ἀλλ' ἡ νοσήματός περ τῆς σημείον ὅτι Φαρεῶν πρὸς Φάσφ. Justas causas ex Ulpiano vocamus graves \* ac probabiles; \* vel cum H. Grotio justificas. Ita Coriolanus apud Dionysium Halicarnassæum πρῶτον ἡμῶν παρεμνοσκοπεῖν ὅπως δικαίαν περίσσητε ἔ πολέμω πρὸς Φασιν id primum vobis curandum arbitror, ut priam ἔ justam accipiat bellis causam. δικαιώματα dixit Procopius Lib. III. Gothicor. Sed justas jure cujusque civitatis maximè intelligimus. Nec definimus ulterius; quia ut formæ Rerum publicarum, ita & justum ipsum moribus gentium ac legibus statutisque civitatum discrepat. Aristoteles Lib. V. Ethicor. c. X. ὁμοίως ἢ καὶ τὰ μὴ φυσικὰ ἀλλ' ἀνθρώπινα δίκαια ἔ τὰ πάντα ἔχον, ἐπεὶ ἔδὲ πολιτεία. Itemq; justa non naturalia sed humana, non sunt omnibus in locis eadem; Nam ne Reipublicæ quidem regende forma una est apud omnes. Et c. VI. ibidem quasi exemplo rem illustrat. Τὸ γὰρ δίκαιον ἐν ταῖς ἁλλοδαμοῖς ὁμολογεῖσι πάντες κατ' ἀξίαν τίνα δεῖν εἶναι τὴν μὲν τοῖς ἀξίαν ἔ τὴν ἀντιὴ λέγεισι πάντες ὑπάρχει; ἀλλ' οἱ μὲν δημοκρατικοὶ ἐλευθερίαν, οἱ δ' ὀλιγαρχικοὶ οἱ μὲν πλεῖστον, οἱ δ' εὐγενεῖαν οἱ δ' ἀριστοκρατικοὶ δεξιὴν ἔσιν ἀρετὴν τὸ δίκαιον ἀνάλογόν τι. Nam quod justum in distributionibus positum est, id fatentur omnes pro cuiusq; dignitate esse oportere; Verum dignitatem illam non eandem omnes dicunt esse; sed qui forma administrande Reipublicæ populari utuntur, libertatem; eorum qui paucorum principatu, alii divitias alii nobilitatem generis; ii autem apud quos reipublicæ præsumt optimates, virtutem. Justum igitur proportionem ἔ comparationem quadam constat.

X. Singulares avocandi causas justas nos paulò ante attulimus; communes Petro Rebuffo \* vel publicæ sunt: ut, si intersit publicæ rei, principali comitatu exhiberi; \* Vel privatæ: veluti nota ac vehemens suspicio; \* quæ tamen universam recusare curiam non licet, nisi

L. XXVII.

D. Locat.

L. XXVIII

D. Ex qui-

bis causis

maj.

De evoc. ad

Leg. Reg.

Auth. qua

in prov. C.

ubi de cri.

L. XVI. C.

de judic.



*Nov. LIII.  
c. III.  
Novell.  
LXXXVI.  
c. II.*

462  
512  
universa laboret. Neq; enim convenit immeritos lu-  
ere, quæ alterius culpa est. Et præfidi suspecto potius ad-  
jungendus aliquis integer vitæ ac labis istius purus.\* Vel  
deniq; si per discordiam iudicum ac turbam ferri sen-  
tentia nequeat. Nam sopiri quoquo modo lites scili-  
cet, quam gliscere inter iudicantium strepitus, satius est.

XI. Illud inde caveant magistratus, ne aut pro-  
clives sint ac obvii; nec vicissim ad avocandum inexora-  
biles. Sunt enim hæ artes ac machinæ Patronorum no-  
stro seculo, ut desperatam quamq; litem avocatione so-  
lentur ac foveant; non causæ sanitatem, sed moram spe-  
rantes. Sunt contra miseri, quos & iudex & reus diffe-  
runt; ut nisi ferat opem superior aliquis, pereant mise-  
rè. Quod utrumq; inimicum justitiæ, qua unicuiq;  
tribuit suum,\* & ipsi Reipublicæ saluti pugnat. Itaq;  
nec sine iustis causis decernenda avocatio, & quoties  
iustæ eveniunt, in iis rebus quæ avocari solent, non dene-  
ganda penitus.

*Prin. Inst  
de 7. & 7.  
Nov. LX.  
IX. princ.*

#### CAPUT V.

### Quemadmodum impetretur Avocatio & quando?

- |   |   |
|---|---|
| I. <i>Triples avocationis<br/>impetranda modus.</i> | V. <i>Lite pendente fit a-<br/>vocatio, &amp; quid lis<br/>pendens.</i> |
| II. <i>Spontanea avocatio<br/>Superioris.</i>       | VI. <i>Etiã post sententi-<br/>am fit avocatio.</i>                     |
| III. <i>Relationibus impe-<br/>tratur avocatio.</i> | VII. <i>Annulatur tamen<br/>aliquando avocatio.</i>                     |
| IV. <i>Precibus partium<br/>impetratur avoca-</i>   |   |

**C**Ausas avocationum, impetranda avocationis mo-  
di excipiunt & tempora. Nam ut ordinem ju-  
diciis



12  
diciis fecere jura; \* sic causas aliquando temporum fata  
perimunt. \* Fit autem avocatio vel sponte libera emi-  
nentis magistratus: vel relationibus ac remissionibus in-  
firmorum quorumcunque judicum: vel curatissimis  
partium precibus.

tt. C. Quo-  
mod. &  
qu. jud.  
L. III. C. de  
pres. XXX.  
an.

II. Sponte regia avocant principes; vel de mo-  
re, cum simul ingressi urbem ipsi tractant iura, ac cete-  
ri magistratus silent. De quo Guntherus Lib. II. Liguri-  
ni.

*Præfens quasi maximus omnia iudex,  
Claudere jura manu cunctasq; recidere lites  
Debeat, atq; omnis iudex omnisq; potestas,  
Atq; magistratus ipso præfente quiescant.*

Cui quidem & jure Saxonico locus est Libr. III. art. LX.  
*In welche Stadt der König kompt, da sind ihm alle gerichte geöf-  
net, und mus der unterrichter zu richten inne halten.* Sed iure  
Romano, quod ait Vitalis de Cambanis, \* & nostra con-  
suetudine tum demum, si rex proprio motu causam ad  
se vocet. Vel si tantum urgeat negotium, quod nulli  
cedat, nisi divinæ & imperatoriæ sapientiæ: maxime ubi  
de Episcopatibus vel Abbatibus, vel Principatibus ac re-  
gni paribus agitur.

*In Tract.  
clausular.*

III. Relationibus judicum in avocandis causis  
& alii magistratus utuntur; veluti cum causæ amplitu-  
do maius postulat tribunal, ad majorem potestatem re-  
ferenda. \* Tum enim remitti eò jus fasque arbitramur.  
Hinc illud præfecti prætorio apud Cassiodorum Lib. XI.  
var. Epist. IX. *Obviate malis, fovete nihilominus innocentes.  
Si quis tamen est, qui ausu temerario contra vestros fasces erigatur,  
nec possitis exercere quod justum est, aut petitorum protinus cum  
vestra relatione transmittite, aut si viribus deseritur veniendi, ne-  
gocium destinata relatione declaretur: quando & evictiones publi-  
cas accepistis, & nobis gratum sit audire de talibus.* Juvabit

L. IX. C. de  
judic.

trans-



transcribere quædam huc ex iis, quæ in hanc sententiam congescit Speculator Lib. II. Partic. II. de Remissionibus; ut paulò illustrior reddatur obscura, & foro magis quam literis nota materia. Facienda inquit, remissio in omnibus causis majoribus, quæ superius requirunt iudicium; siue jurisdictione ampliori careat inferior, ac vix semiplenam exercent: veluti quia legatus proconsulis; vel quia sola illi mandata cognitio: siue ita iubeat qui delegat, ut ferat sententiam delegatus volentibus, aliter negocium remittat; vel certum remissioni tempus destinet; vel sine tempore causam sufficienter instructam vel non instructam remitti; vel testes aut testimonia recipi mandet. Sed relationem hanc cum remissione confusam volumus, atq; ideò pro iisdem usurpamus. Nam & huiusmodi Relatio in causis appellationum usitata Romanis erat. Symmachus Lib. X. Ep. LII. *Tunc oblati provocationis etiam novationis libellis suspensa sententia; cuius meritum perennitas vestra lectis gestis ac refutatoris coherentibus estimabit. Ego in referendo prolixus esse non debui.*

*c. III. X. de  
Rescript.*

*C. Tac. IV.  
Ann. cap.  
XXXIX.*

*n. I.*

*L. I. C. Si  
contra jus.*

*L. II. C.  
de prec.  
imp. off.*

IV. Ex Litigantibus quicumq; non prohibentur, avocationem causæ impetrant, parte etiam adverla inscia atque ignara\*; nisi qua lædi metus sit:\* eamq; supplici implorant libello, solenni ritu, qui inde à Romanis Cæsaribus ad nostra durat tempora, *quamquam presentem scripto adire principem;*\* & iam in cæterorum quoq; fora omnia immigravit. Atq; hæ literæ non solum facti speciem, minimis quamlibet præteritis,\* & vim ejus; sed idoneam quoq; & justam avocandi causam exprimant,\* allatis in fidem argumenti instrumentorum exemplis; ut responsuro vera principi aut iudici majori, precatio-  
nem



112  
nem aperiant cognoscendam. Quam ut quisq; pro-  
barit superior iudex, ita avocatoria decernit mandata, &  
avocandi causas annectit. Ni faciat, perdunt pondus  
avocatoria litera, & priores iudices ad decisionem cau-  
sa nihilominus recte atq; ordine procedent. \* Principis  
tamen maiestatem his ipsis includere carceribus, eoq;  
contemnere mandata regia, quod causam avocandi  
nullam praferant, \* vanum ac periculosum fuerit.  
Quippe cui & tacenti totum ius adhsit, & arcana ali-  
quando ratione conditur. De hinc confectas literas si-  
gillo muniunt scriba, & iudicia quo avocant litem, tra-  
di curant. Ille vero vel dicto audiens transmittit acta  
avocanti; \* vel de iurisdictione sua sollicitus, reversales  
petit literas. Quales non ita pridem in avocanda adul-  
terii causa, imperii principem reddidisse pranobili ju-  
dici, meminimus.

V. Avocari autem lite tantum pendente potest.  
Aliter enim solvi nequeat, nisi quod coeperit iudicium. \*  
De quo tamen multa & impeditissima controversia est.  
Nam L. XXX. D. de iudiciis ait: *Ubi acceptum est semel iudi-  
cium, ibi & finem accipere debet.* L. II. C. ut lite pendente: *suppli-  
care causa pendente non licet.* L. IV. C. de iurisdictione omni-  
um iudicium: *nemo post litem contestatam ordinariae sedis decli-  
net examen.* Nov. CXIII. *in medio litis non fieri sacras formas  
aut sacras iurisdictiones.* Nos per vestigia veterum incedamus,  
nihil aberraturi a vero, si, quod illi egregie repererint, pii  
excolamus nepotes. Itaq; ubi coeptum semel est iudici-  
um ibi & finiendum, causa apud iudicem ordinarium  
agitata; Nam delegati, vetante eo qui iussit, iudicium  
solvitur; \* aut nisi princeps iurisdictionem ab ordina-  
rio iudice ad se revocet, ac coram illo agi haud posse re-

G

fieri.

765  
c. III. X. de  
Rescript.

c. XIV. X.  
de prob. in  
Vito.

L. IX. C. de  
Testam.

argum. L.  
LVIII. D.  
de iud.

L. LVIII.  
D. de iud.

L. LVIII.  
D. de iud.



*c. I. X. de conc. prab in Vito. c. I. c. ut lit. pend. N. Lxxxvi c. I. L. un. C. Quando Imp. inter.*

scribat.\* Supplicare autem lite pendente & novas formas aut iussiones in medio litis impetrare non licet, nisi, quod ait Paulus de Castro,\* vel ordinarius requisitus supersedeat iustitiam facere,\* vel pars impetrans delegatum, adversarii sui potentiam perhorrescat.\* Quin & actorum nomine in L. II. d. sententia omnis continetur; ut si ea denegetur, supplicare liceat. Ita si Baldo credimus, nemo post litem contestatam ordinariam jurisdictionem declinare valet, *nec habet locum recursus ad superiorem per simplicem querelam, nisi in casibus expressis in jure,* causis justis ac gravibus; quas nos hactenus explicavimus. Cæterum, pendere lis dicitur, non quæ supplicibus conclusa atq; delata literis, sed citante demum iudice quæ in ius vocata atq; adeò præventa est,\* contestatione facta vel nondum facta. Preces tamen imperatori oblatæ, vel per se litis pendentiam inducunt. Ita rescriptum ab Arcadio & Honorio Impp. DUBIUM NON EST, CONTESTATIONEM LITIS INTELLIGI ETIAM, SI NOSTRÆ FUERINT TRANQUILLITATI PRECES OBLATÆ: EASQUE ADVERSUS HÆREDEM QUOQUE EIUS, IN QUEM PORRECTÆ SUNT; VEL AB HÆREDE EIUS, QUI MERUIT EXERCERI. Et in foro Saxonico Monitoria quoq; principum, ut pendeant lites, efficiunt; autore Carpzovio Lib. I. Resp. XXIII. n. VIII. Et Lib. II. Resp. XLVI. n. XXV. XXVI.

*L. VII. D. de judic.*

*L. I. D. Quand. Libel.*

VI. Igitur pendente lite avocantur causæ vel ordinarie ante contestatam litem, tot exceptionibus declinatorijs ac peremptorijs adjuvantibus; avocatio enim non tam accepti, quam facti iudicij est; vel post litem contestatam ex nova causa, priusquam\* feratur sententia, seu interlocutoria illa seu definitiva fuerit: vel, extraordinarie etiam post rem iudicatam, priusquam sententiam exsequatur litis executor. Bartolus ad L. II. C. ut lite

*c. XXV. X. de off. delegat.*

ut lite





ut lite pendente, ita distinguit: *Aut quis vult impetrare super aliqua causa rescriptum aut privilegium. Primo casu ante litem contestatam, & non potest nisi ordinarius requisitus denegat facere justitiam, ut in Auth. ut differ. jud. §. Si vero de mandat. princip. §. & neg. permittere. Aut post litem contestatam, & tunc licet supplicare de quatuor. Primo ut sibi fiat copia actorum: Secundo ut sibi fiat copia pronuntiationis ut hic: tertio quod precipiatur judici, ut procedat si erat negligens. Quarto ut alius associetur si est suspectus: Ut in Auth. in med. litis §. super hoc. Aut vult supplicare post sententiam; & tunc sententia aut est appellatione suspensa, & tunc idem ac si non esset iudicatum, arg. l. 1. in fin. ad Turpil. & ita loquitur nostra Rubrica. Aut non erat appellatione suspensa, sed transiverat in rem iudicatam; Et nullo modo licet supplicare ut hac lege in fin. & infr. eod. l. ult. Si vero vult impetrare privilegium aliquod, si quidem vult illud impetrare super causa, qua agitur, nullo modo licet, ut in auth. in med. litis in princ. Si circa alia, in distincte licet, ut in ff. ne quid in loc. publ. l. 2. §. merito & §. si quis; à principio. Eadem quoque de lite sopita non revocanda sentit Baldus cum ait, L. H. C. contra jus: in vanum impetratur quicquid contra sententiam impetratur, qua transivit in rem iudicatam. Et Paulus de Castro L. III. hic notat, quod incurrit infamiam qui supplicat ut retractetur sententia, qua transivit in rem iudicatam; & sic si produceretur in testem, posset sibi obijci, quod non esset habilis. Patitur etiam aliam poenam, de qua in lege precedenti, quæ sic habet: qui terminatam rescripto vel consultatione quaestionem exquisito suffragio, refricare conabitur, in omnem litis aestimationem adversario suo protinus condemnetur. Sed addit: illud nunquam vidi praticari; tu tamen tene mente; quia posset tibi facere honorem, si casus occurreret, cum pauci sint qui advertant, & scirent quod de hoc excipere sufficit. Quare Durandus ex usu fori sic commentatur: Spec Lib. II. partic. II. de Remissi. n. I. & II. Post sententiam non potest advocari, ut s. q. ult. quod bene; nisi per querelam falsi hoc ad superiorem fiat C. de falsis. querelam.*  
Vel



*Vel per in integrum restitutionem. Sed tunc non propriè dicitur  
 advocari. Quid ergo si advocatio superveniat post latam sententi-  
 am à quâ non extitit appellatû? Resp. non valet nisi fiat per in inte-  
 grum restitutionem vel per querelam falsi ut dixi. Atq; ita in  
 hac ipsa Saxonia post latam sententiam in causa Otfaari-  
 ana avocatum novimus. Illa tamen per querelam falsi  
 impetrata avocatio, quare proprio excidat nomine, non  
 capimus, nullis defecta veræ avocationis argumentis.  
 Neq; enim prohibet vocabulum L. hæc II. C. lit lite pen-  
 dente; Quippe quæ avocari tum demum posse negat,  
 si qua protervia agitatus adversarius exquisitissimo iu-  
 dicio terminatam litem refricare conetur. Quod si nul-  
 la malitia, sed solius veri ac justii amore flagret, repertis  
 novis instrumentis, unde parum exquisitum fuisse de-  
 monstret arbitrium suspecti aut nimium severi judicis,  
 quidni avocari rectè contendat? Clarissima est Lex IV.  
 C. Quomodo & quando judex: Si ut proponis pars di-  
 versa die feriato absente vel ignorante te, à judice dato  
 ferri sententiam pro partibus suis, quasi contumaciter  
 deesses, impetravit; non immerito præses denuò nego-  
 cium alterius judicis notioni terminandum commisit.  
 Sapienter Gajus in re simili L. XXXI. D. de jurejurando.  
 Admonendi, inquit, sumus interdum etiam post jusju-  
 randum exactum permitti constitutionibus principum  
 ex integro causam agere, si quis nova instrumenta se  
 invenisse dicat, quibus nunc solis usus sit. Sed hæc  
 constitutiones tunc videntur locum habere, cum à ju-  
 dice aliquis absolutus fuerit. Quæ nos ad avocatio-  
 nem transferemus non immerito; quando eadem nos  
 juris ratio tuetur.\* Aliud quoque, nec minus grave du-  
 bium movet idem Durandus: quid enim inquit, si fuit  
 appel-*

*L. XII. D.  
 de LL.*



2469

*appellatum*, ac *litera* tamen *advocatoria* venerunt atq; *oblata* sunt; num quid cognoscet superior *vi* *advocationis*, an vero *vi* *appellationis*; vel an *pars* appellans *præjudicet* sibi *litteras* *advocatorias* exhibens? Sed & ipse ex Vincentio hunc nodum dignè solvit: Nempe si exprimant aliquam causam *advocatoria* *litera*, quare superior advocet ad se *litem*, utique appellanti *præjudicium* fit; quia *beneficium* *advocationis* post *sententiam* *extraordinarium* est. Quod si nullam *litera* illa contineant causam, non potest *præjudicari* *appellationi*; quia *appellationis* quoq; ea natura est, ut causam ad *superiorem* retrahat.

VII. Evacuari tamen *avocatio* solet, vel *judice* ipso vel *parte* *adversaria* *intercedentibus*: si quando aut *falsa* *caussa* *allegata* \* apud principem, & *mendax* *precatur* *extitit*; \* aut *supplices* *avocationum* *litera* *litis* *pendentiam* *sileant* \*; quam si *faterentur* *verisimile* erat, *causam* de manibus *judicantis* non iri ereptam, vel saltem non ita temere. Nam cum *præventionem* tollat *avocatio*, \* inter *odiosa* numeratur & *restringenda* potius quam *amplianda*. Atque ideo quoties *dubium* est, *avocatio* *caussa* *facta* non esse *judicatur*; nisi de *prima* *commessione* \* & *statu* *litis* *mentio* fiat.

c. II. X. de  
Rescript.  
L. V. C. Si  
cont. jus.  
c. XXVII.  
X. de Re-  
script.  
c. XIX. X.  
de For.  
comp.  
c. III. X. de  
Rescript.

## CAPUT VI.

### De Effectis avocationum & attentatis.

- |   |  |
|---|--|
| I. <i>Duplex</i> <i>avocationis</i> <i>effectus</i> .                                 | V. <i>Distinctionis</i> <i>motu</i> <i>proprio</i> <i>in</i> <i>attentatis</i> <i>nullus</i> <i>usus</i> <i>est</i> .                                      |
| II. <i>Attentata</i> <i>avocationis</i> <i>tacita</i> & <i>expres-<br/>sa</i> .       | VI. <i>Judex</i> <i>aliquando</i> <i>post</i> <i>avocationem</i> <i>potest</i> <i>exercere</i> <i>judicium</i> , <i>nec</i> <i>tamen</i> <i>attentat</i> . |
| III. <i>Attentata</i> <i>avocationis</i> <i>sine</i> <i>decreto</i> <i>irritate</i> . | G 3  |
| IV. <i>Attentata</i> <i>avocationis</i> <i>cum</i> <i>decreto</i> <i>irri-</i>        | I. Fa.   |



I. Facit rei utilitas, ut ad effecta avocationum prope-  
remus. Sunt autem illa vel mediata vel immediata. Im-  
mediatum est, quo avocatio causam omnem, una cum  
personis atq; oneribus, ab inferiore iudice liberat, & ad  
superiorem aliquem avocantem rejicit ac transfert. Me-  
diatum est, quo eadem iudici, cuius solutum peremptūq;  
est iudicium, sic ligat manus atque constringit, ut cœ-  
ptam litem movere amplius aut dirigere non audeat,  
quin attentet procaciter, \* & scelerata manu alterius  
provinciam invadat.

*Card. Tu-  
scus Lit. A.  
n. XXII.*

*L. XLI. C.  
de lib. cau.*

*c. LVI. X.  
de Appel.*

*Lacell. de  
Attent. p.  
II. c. X. n.  
XV.  
c. II. I. X. de  
Rescript.*

II. Nam ut antegressa avocationem facta plenum  
robur habent, nec revocantur jure à principe: \* & ille,  
cui dennò committitur causa iudex, ibi iudicare incipit,  
ubi prior destitit inferior; ita post avocationem causa,  
sive expressam, sive tacitam, sive iustam, sive injustā, gesta  
omnia irrita sunt & attentata Jctis nūcupantur; \* ipsumq;  
adedò possessorem, avocatione pendente, possessione sua  
uti non sinunt. Sed adversus tacitam tn. avocationem soli  
committunt litigantes, non item & alii, qui experiri de  
eodē negotio poterant: & tantum in illa delinunt caus-  
sa, cui tacite manum admovit superior, non universali-  
ter in omnibus huic uni coherentibus. \* Quo simul ne-  
cessum est, ut posteriores illæ literæ, per quas facta cense-  
tur avocatio, priori iudici iam sint oblatae atq; exhibitæ;  
sin secus, nemo attentat. \* Expressa autem avocatio non  
solum ad eas personas, quorum nomina in literis tam re-  
formatae quam reformantis commissionis fulgent, ve-  
rum etiam ad personas comprehensas sub generali clau-  
sula, OMNESq; ALIOS, attentata extendit. Hac fini, ut  
nec contra ipsos post avocationem fieri possit quic-  
quam, citra attentatorum vitium; nec, si quid ipsi desi-  
gnent



gnēt contra inhibitionem emanatam à primo iudice, vi  
commissiois reformatæ, dicantur attentasse.

III. Atq; ut attentata avocationum cognoscantur  
uberius, ita habendum: Expressa avocatio vel sine  
decreto irritante, vel cum decreto irritante mandatur.  
Sine decreto irritante mandata avocatione, si neq; iudex  
neq; partes resciscāt de avocationis edicto, nec ille si pro  
cedat in causa, nec hi, si continuata possessione fruātur,  
attendant; etiam si & secundæ literæ hanc formulam præ  
se ferant: revocari debere quicquid à tempore secundarum  
literarum fuerit innovatum. \* Hac enim sola formula  
nunquam intelligitur revocata iurisdictio primi iudicis,  
avocatorias literas ignorantis.

c. IV. X. de  
Rest. spol.

IV. De avocatione autem cum decreto irritante  
mandata, sic censet Lancellottus: *avocatio cum decreto irritante facta, etiam contra ignorantes effectum suum operatur, ut gesta sint nulla & attentata. Decretum enim irritans, quod ajunt vulgo, etiam ignorantes afficit. Sed hæc opinio jam pridem à Covarruvia explosa est. Cum eadem voluntas inquit, presumenda est in legis conditore ad hunc effectum, ut lex ab eo lata non liget ignorantes, nec eos prohibitione præcepto aut pœna afficiat: siquidem optimus princeps in id debet ac tenetur leges ab eo latas dirigere, quod magis sit justitiæ consonum; & ideo presumendum erit, quod ipse nequaquam voluerit propria lege, inscios ejus atq; ignaros afficere, quoties ea ignorantia culpa caret; licet decretum hoc, cuius modo vim tractamus, legi adjecerit, cui si quid peccatum fuerit, attentatorum piaculum non meretur; sed vel, Præteritæ veniam dabit ignorantia culpa.\**

Ovid. Ep.  
XIX.

V. Alii aliter distinguunt, atq; id respiciunt maxime,  
utrum avocatio motu proprio fiat, an partibus petentibus.  
\* Si motu proprio, aiunt, expressam causæ avocationem absq;  
decreto factam, antiquare & irritum reddere, quicquid post  
illam iudex inferior gesserit: Si parti-

Immol. c.  
ceterum.



c. XXIII.  
X. de preb.  
bon. in  
Vlt.

c. XLV. X.  
de elect.

c. I. X. de  
Coc. Preb.  
in Vlt. S.  
part.

c. IV. X. de  
Rest. spot.  
L. I. C. de  
Mād prin.

P. Rebuf.  
ad LL.  
Reg.

Lancellot.  
d. l.

partibus petentibus secuta sit avocatio, ac tamen non-  
dum rescripto utantur, \* tunc, etiamsi sciat avocatum,  
posse nihilominus procedere utiliter iudicem, quous-  
que pars ab impetrata avocatione abstineat. Sed ut ut  
distinctioni huic in præbendis beneficijs sit aliquod pre-  
tium, \* in odijs tamen, quibus & nos avocationem pau-  
lo ante accensebamus, nullus eius usus est. Recte enim  
Castrensis ad L. I. C. ut lite pendente: *in beneficialibus etiam  
sine notitia iudex prohibetur procedere, \* in contentiosis non item;*  
Nisi forte revocatio illa propter delictum fiat. Tunc  
enim ipso jure, nulla exspectandâ scientiâ, etiam ipso  
ignorante cui data erat jurisdictionio, tollitur omnino ea-  
dem, actusq; interea facti, ipso jure nulli sunt.\* Etsi ve-  
ro contendat Felinus, quoties revocatio Jurisdictionis, &  
avocatio causæ motu proprio fiat, quamvis non afficiat  
ignorantem, satis tamen esse absq; solenni revocationis  
exhibitione, undecunq; iudici de ea constare; ne hoc  
quidem nos illi largimur; & contra ea, etiamsi aliunde  
iudex mandatam sciverit avocationem, nondum tamen  
recepit traditam, acta antequam exhiberentur literæ,  
rata esse putamus.\* Imo vero nec sufficit nobis ad cri-  
men attentatorum utriusq; partis scientia, sed exhibitio-  
nem præterea mandatæ avocationis prætoriam requi-  
rimus. Multa enim nota in civitate ac per vulgata sunt,  
quæ tamen & bonus ignorat iudex.\*

VI. Quod si tamen vel irrita avocatio atq; invali-  
da fuerit; veluti quod ab eo avocabatur, à quo avocari  
non poterat, quia avocantis jurisdictioni non parebat: \*  
vel si nova emerferit causa intromittendi se in nego-  
cium specialiter commissum alteri, puta ad evitanda  
scandala ac mala majora; tum non attentabit ju-  
dex ille prior, etiamsi post avocationem  
causæ iudicium exercent.













X 2615909


VDA











B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

417

26

1654

22

ATIONE  
ARUM.

SIDE

SUEVO, J. U. D.

lis, Facultatis Juridicæ  
ffesfore amplis-  
trono.

NTIA U. J.

D.

EXANDRI,

Luneb. Gvelf. Conf.  
Junii.

BERGÆ

nis, cis. 136. LIV.

